

Mathæ. 19. accepisti, sed Christū in te. ¶ 14. Tollite ab eo talētā. Expoliate eū, omnibus donis, & omnib⁹ bonis. Nec. n. dignum est eum aliquod bonum habere de cœlo: qui totus versabatur in terra. ligate illi manus & pedes. extinguite in eo lucernam: quī olei copiam non habuit.

¶ 15. Datis qui habet 10 talēta. Non intelligas dari prælatis sanētis talentū hominis mali: sed dari eā gloriā, q̄ malus ex talento debuisse habere. Itaq; non solū pius Prælatus coronā habet, ex iis talētis quæ Deo reddidit: sed ex eo etiā, qd̄ nō reddit. i. non solū habet gloriā ex iis hominib⁹, quos Deo obtulit sanctos, ac pios: sed etiā ex iis, quos Deo non obtulit, quia ipsi noluerūt. Cum. n. prælatus pius non solū cōtenderit pios ad Deū adducere, sed etiā impios: idē nō solū gloriā habet ex piis quos cōuertit, & adduxit: sed etiā ex impiis, quos cōuertere nequiuit, cū tamē cōuertere nifus fuerit. ¶ Cur verō data est hæc gloria Prælatis & nō magistratibus? Primū quia cōuersio eorū, qui ad Deū cōuertuntur, nō est tribuēda potestati seculari, sed Ecclesiasticæ. 2. Quia secularis dignitas vi detur iā hīc suā recepisse mercedē, honor. n. ille secularis quē illi ambiūt merces est seculariū. At

Mathæ. 20. Prælati cū debeāt esse minores, cūq; nihil minus debeāt amare quā honorē: honore coronātur in cœlo, quē noluerūt in terra. Habes lector, priorē expositionē. ¶ IAM & alterā accipe: Ex Aposto-

3. Cori. 12. lo. 1. Cor. 12. habemus nouē donorū genera s. sermo sciētiz, sermo sapiētiz, fides, gratia sanitatū, operatio virtutū, prophetia, discretio spiritūū, genera linguarū, interpretatio sermonū. At ex eo-

Roman. 12. dem, ad Roma. 12. habemus solū septē donorū genera, Prophetiā, ministeriū, doctrinā, exhortationē: tribuere, p̄esse, misereri. Porro ex eodē. ad

Ephesio. 4. Ephes. 4. habemus quinq; dona dūtaxat, Apostolos, Prophetas, Euāgelistas, Pastores, Doctores. Hæc verō arbitror sola esse Ecclesiastica dona, sub quibus cōprehēdūtur, & quibus seruiūt oīa illa nouē, & septē iā enarrata. Notū prætereā esse credo: Apostolorū locū habere Prælatos. Prophtarū, Prædicatores. Euāgelistarū, Scriptores Ecclesiasticos: Pastorū, curatos. Doctorū, eos qui sacra docent in cathedra. ¶ Ex his facillē cognoscis qui sint illi, quibus talēta quinq; data sunt. & cur sola quinq;. Accipe Augustinū, Basilīū, Bernardum: quiuis horum prælatus fuit, prædicator, scriptor, curator etiā in pprio monasterio, & deniq; Doctor. Acceperunt igitur, quinq; dona. Et quia quinq; sola sunt dona Ecclesiæ (sub quibus reliqua veniūt,) idē oīa talēta Ecclesiastica acceperūt. ¶ Consequēs ad dicta est, vt quidā sola duo habeāt talēta. Vt qui nec prædicator fuit, nec Doctor, aut scriptor. ¶ At ex eodem Paulo, aperit se mihi alia vena dicēdi. ipse. n. dicit ad Philippē. 2.

Philipp. 2. Deus est, qui operatur in vobis, velle, & perficere, pro bona volūtate. Habes igitur duo talēta: donum volēdi, donū etiā perficiēdi. Cū verō Apo-

Roman. 7. stolus dicat, ad Roma. 7. velle adiacet mihi, p̄ficere autē nō inuenio: manifestū est, qd̄ quibus-

dam Deus vnicū dat talentū. s. volēdi. imō cōtrā, quidā habēt talētum perficiēdi, & nō volēdi. Vt qui possunt bñefacere, nolūt tamē imo & nōnulli bona faciūt nolētes: & nōnunquā volētes, sed nō propter Deū. ¶ Ex quibus facillē intelligis cur q̄ quinq;, & qui duo talēta accepit, ferē sine periculo est. Accipit. n. vt velit, & vt etiā perficiat, sed q̄ accipit tātum vnicū talētum, aut volēdi tantum aut perficiēdi tātum, hic in summo est periculo: hic vix saluatur. Meritō igitur gratulatur Apostolus Corinthiis, qd̄ diuites facti essent in Christo: ita vt eis nihil deesset, in vlla gratia. Quod & in virginibus prudētibus fuit mōstratū. illę non vasa sola, sed vasa cū oleo sumpserūt. Vē igitur illis, q̄ aut sola sine oleo vasa: aut solū sine vasis oleū, receperūt. ¶ Iā verō attende, quā fideliter q̄ integrē, & quā spontē, q̄ lucrati sunt, & talēta & lucra Deo cōsignēt, *Ecce alia duo. inquit, ecce alia quinq;. vir bone, cur oīa offers, cur nihil tibi reseruas?* Certē quia non modo ea, quę habent sancti, Deo donare cupiūt, sed se & oīa viscera. Id. n. timent, ne quid sibi maneat, quod Deo nō offerāt. intelligit quę dico, is cui datum est, vt intelligat. Quid nī verō omnia talēta, & lucra donēt Deo cum agnoscant & talēta, & lucra dei dona esse? Apostolus ait plus omnibus laboraui, non ego: sed gratia Dei mecum: ego instrumentum gratię operantis fui. Si igitur Deus cum merita sanctorum præmiat, munera sua coronat: Cur non quiuis sanctus deo reddat, quę a Deo accepit? Dedit enim ipse & velle, & perficere, pro bona sua voluntate, non pro merito nostro.

¶ Quōd si sancti integrē se Deo offerūt, & sua: nō tardat Dñs, non differt par pari referre: tu mihi te & tua obtulisti, ego tibi me & mea offero. supra multa te constituo, en tibi mea trado. Superest, vt & me tibi tradā, intra in gaudiū meū. Parū ne est cœli dñm cōstitui? Hæredē Dei fieri? Et cohæredē Christi? Si hæc pauca tibi vidētur, adiciā multō maiora. Intra in gaudiū. Nūc filij Dei sumus, tūc similes ei erimus. *Dij quidā. Vnietur enim diuina essentia, intellectui beato, sicut Theologi referūt. Et sicut diuinitas vnietur intellectui diuino, in modū speciei: vt sic habeat intellectus cognitionē beatā diuinitatis: ita & vnietur intellectui creato per modū speciei, vt talis intellectus producat beatā visionē. & sit beatus, quomodo est ipse Deus: & in eo, in quo est beatus ipse Deus. quā dignitatem nemo estimare: imo nec agnoscere in hac vita ad plenum potest.* ¶ *Venit & malus seruus dicēs, Scio quod bō durus sis. Male tractas tuos simul ac incipiūt tibi seruire, in fornacē cētationū eos cōiicis: statim Cruci affūgis: & quotidie eos se negare, & Crucē ferre præcipis. Iam si mihi nō dedisti velle, cur a me exigis, vt velim? Si nō dedisti perficere, cur exigis, vt p̄ficiā? Cur metere vis, qd̄ nō seminasti? Certē quos voluisti vocasti, iustificasti, & glorificasti. Cui misericordiā p̄stitisti, eius misertus es. Cur igitur amplius quæris, quam dederis. non ego prior poteram te diligere*

1. Timoth. 6.

1. Corin. 13.

1. Timoth. 6.

1. Corin. 13.

Cocil. Trid. sessio. 6. cap. vi.

Philipp. 2.

Roman. 8.

1. Ioānis. 3. Thomas 1. par. quæst. 12. artic. 2.

Eccl. 2. Luc. 9.

Roman. 8. Roman. 9. 1. Ioānis. 4.

diligere, sed tu prior eras amaturus, excitaturus & perfecturus. id cum non feceris, cur quereris, cur à me exigis, quod à te accipere debueras? Quod Dominus non diffitetur se metere velle vbi non seminavit. Vbi capus se aperit tractandi de diuina prædeterminatione. Etenim si cuius vult miseretur, dans ei auxilium efficax, vt bonus sit: quæ verò vult indurat, non dans auxilium efficax (dat certè auxilium, sed non efficax) si efficacè gratiã non dedisti, cur effectum efficacis gratiæ postulas? Cur metis vbi non seminasti? En: me, quo ad potui seruauit incorruptum, & nulli noxiũ: tunc requiras à me maiora, quæ dederis? hæc sunt verba mali serui. Quod At Dominus, si adeò doctus eras (inquit) vt scires me requirere ab hominibus effectus gratiæ, quam non dederas: cur tu non cõtendisti, elemosynas erogando pauperibus: orationes petèdo à viris piis: improbè petendo à sanctis: desiderijs sicut Iacob pugnando cù Deo: vt ego qui tibi dederas velle, vsuram recipere, accipiens, & velle tuum, & perficere? Fateor non dedi tibi efficacè vocationem quã gratiã iustificantem acciperes: dedi tamè auxilium, quo peteres, quo contenderes. Si pauperibus piis succurrisses, ipsi pro te rogassent, & ego maiora dedissem, & tu cù ad cælũ venisses lucra elemosynæ tuæ & orationũ tuarum inuenisses. Tu igitur lucra reciperes & ego. At pigritia & vecordia tua opinionè tibi fecerunt, quod ego durus essem. Malus. n. affectus mali etiam iudicij causa est. *Tollite igitur ab eo talentum gratiæ, quã ei dederam, & date ei qui decem habet. o pulcherrimè dictum!* Quia. n. sancti multa voluerunt: quæ quia non poterant, non perfecerunt: multa etiam perfecerunt, supra quã voluerat: ideò datur eis corona, quam erant accepturi ij, qui acceperunt talentum volendi solum, aut etiã perficiendi. Vt impleatur dictum illud. mensuram bonã, confertã & coagitatã dabunt in sinũ vestrũ. *Hic aduerte quod ti Deus dona sua estimet, licet nos non ita estimemus: siquidem ex eis, nullum vult perire. Sed quod prius male collocatũ fuerat, aufertur: & datur ei, in quo collocatũ benè sit. Vbi mirari non desino, attendens summam Dei dispensationè. In Apocalypsi iubet, quemuis nostrũ seruare, quod ab eo recepimus. Tene, inquit, quod habes: ne fortè alius accipiat coronam tuã? Quid? Pauper est Deus vt non possit donare, nisi quod alius amittit? Et quidè Paulus docet misericordiã consequutos Iudæos, quia gètes erant excecates. Postea verò Iudæos excecatos, vt gentes illuminari possent. Quid? tam est tibi Dñe angusta suppellex: tam est curta luminis, & misericordiæ tuæ copia: vt non possis cunctos illuminare? Sed sol tuus debet amoueri ab his, vt illuminet illos? Certè rerũ experientia ita docet, nunquam totus mundus simul Deum coluit: sed à Iudæis in Græcos, à Græcis ad Romanos, ab his nũc ad Indos fides deuoluitur: sicut & imperiũ, nunquã eodem cõstitit loco, fuit primò apud Babylonios: inde transit ad Persas: inde ad Græcos: inde ad Romanos. Nũc orbis summam,*

Mauri videtur habere. Ita & hoc, quæ tractamus loco, vt abudet pius, expoliatur impius: de cuius exuuiis ille ditescit. *In tenebras exte.* Vt tenebræ, lepra, & culpa, quæ in anima occultabatur, ad faciem, id est, ad corpus prodeant, & erumpant.

Cum autè venerit filius homi.

PRIMUM Dominus dicit: *Cum venerit filius hominis in maiestate.* Videlicet Cruce præcedente: fulguribus, & tonitruis deterrentibus: igne depulante: immensitate lucis comitante: cunctis animabus sanctorũ astantibus: Apostolis, & Apostolicis viris assidentibus. *¶ 2. Venient etiam oēs sancti Angeli.* Hæc. n. erit vnica illa dies, quã cælũ vacuabitur ciuibus suis: Aër verò, & locus superior, gloria Dñi fiet: nullus certè Angelorum deerit huic tã solèni, tãquã aspiciendo spectaculo. Imo si Pater æternus, si etiã spūs sanctus locũ mutare possent, ad conspiciendum hoc iudicium descenderent. Descenderunt viri tres, (ait hystoria) ad spectandum Sodomorum incèdium, ad eorum causam iudicandam: quantò potius in hoc iudiciũ descenderet? Veniet igitur Christus Deus homo. & vt hõ, sedebit in nubibus cœli. Si. n. regula Augustini est, (scripturã intelligendã, vt iacet, vbi nullus est absurditati locus) cur hinc non agnosceremus corporalè sessionè: cum ex illa nihil sequatur absurdum? Fiet igitur thronus regius, ex splèdidissimis nubibus. Videlicet, quas Christi lux penetrabit immensa. Et ita ad literã implebitur: videbitis filium hominis sedentem, à dextris virtutis Dei. Venientem in nubibus cœli. *¶ 4. Coram sede te Christo, Congregabuntur localiter omnes gentes.* Vt allata Augustini regula probat. Congregabuntur, videlicet, vt omnes vocem Christi audiant: vt omnes sua, & aliorũ cognoscant peccata: vt oēs videant rectum in se, & in aliis Iudicis fuisse iudiciũ. Nec nos moueat gentiũ infinitas, quas nullus locus videtur capere posse. Siquidè electi in aère cõsistēt suspēs: impiis sese cõculcãtibus. Oēs igitur erunt corã Christo, quæ quidè erit pulchra diuinitatis representatio. Vt. n. oia sunt nuda, & aperta oculis diuinitatis: ita & oēs illi homines erunt nudi & cõspicui oculis humanitatis Christi. Tunc implebitur verè: quod corã rege tanto, omne genu se flectet, cœlestiũ, terrestriũ & infernorum. Tunc implebitur. Pater omne iudiciũ dedit filio: vt oēs honorificet filiũ, sicut honorificat patrè. Tunc verũ erit. Oia subiecit sub pedibus eius. Tunc gloria & honore coronat Pater filiũ: & itè filius Patrè, quia tunc filius tradet regnũ Deo & Patri: euacuatis, & subactis, morte, & mortis satellitibus. Tunc implebitur illud. Vidit & cõmota est terra, mōtes sicut cera fluxerunt. Annũtiauerunt cœli iust, & viderunt omnes populi gloriam eius. Vt igitur oēs ferè nationes cõuenerunt ad Christũ in Crucis patibulo suspensum: ita congregabuntur ad Christum, in potestate iudicij sedentem. *¶ 5. Omnibus igitur corã Christo cõgregatis, ad literam. Statuet Christus pios sibi dextros: impios, sinistros.*

Eo. n. loco habebit Christus suos: quo ipse à patre suo est habitus. Pater collocauit filiū ad dexterā suā, dicit enim Pater filio. Sede ad dextris meis. Dextros igitur filius sibi faciet pios. Elegātissimè quidem, Iacob iam moriens cōmutat manus: facitque sibi dexterū, qui sinister erat: sinistrumque eum, qui erat dexter: ita & Christus, nō ipse moriēs, sed in mūdi morte, manus in iudicio cōmutat: & iustos facit dextros, quos mūdus habuerat sinistros. & contrā, impios statuet ad lēuā, q̄ mūdo dextri erant. Et planè Christus dicturus est piis, eam nobilem benedictionem scilicet: Venite benedicti, credibileq; est, quod manu dextra, signo Crucis facta, eos benedicet: sicut fecerat cū cēlos ascēdit. Si igitur dextera bñedicet, dextros eos habebit, vt dextera illa nobilis suauis motu, eis benedicat: quos antea eādē dextrā ample xabatur. ¶ 6. Sed ambigua iam se offert quæstio, Cur impios hēdos nominarit? Certè si hyrcos nominasset, nulla esset difficultas. Quia animal hoc, luxuria, fœtore, & præcipitiis notari solet: at hēdus recens adhuc, his non est maculatus criminibus. Cur igitur rem teneram, innocentē cōparat impiis? Et augetur quæstio: Cur nō iustos agnos dixit, sed oues? Obsecro te, qui legis id aduerte. ¶ Cōparantur iusti fœminis. s. ouibus Oues. n. fœminæ sunt, sed perfectæ: at mali cōparantur maribus. s. hēdis, iis tamen imperfectis. Quibus multa significantur. Primū illud: Si malus es, etiam si non diu malus fueris, etiam si grādis in peccato non sis, licet sis hēdus, & non cap, adhuc dānaberis. id vt notetur, non hyrcos grādes, sed hēdos recētes Dñs attulit. Porro, hęc est gratiæ conditio, vt eodem puncto, quo animæ infunditur, donis eā Dei perficiat. Dei. n. perfectæ sunt opera, non igitur agnum recentem eam reddit, sed quantum est ex parte gratiæ, perfectā efficit ouē, fœminam videlicet viro Christo desponsatā. at si Christi sponsa est: & fœmina, & Christi donis perfectæ est. Iam igitur si recētes peccatores, ita damnātur, quid de veteranis fiet? 2. Nota. peccator etiam si. 100. annorum sit, paruulus est, minor est, nōdum ad perfectionem venit. Porro si iustus quis est (etiam si vnus anni sit cū Saul) bella tamē Domini vt perfectus gerit. est igitur peccator semp hēdus, est & iustus perpetuē ouis. 3. Nota: hēdus hebræis vocatur Seyr. Porro Seyr est regnum Esau, cuius manus vt hēdi erant pilosæ. nam Iacob, vt fratrem Esau ementiretur, manus & collū hēdina pelle contexit. Iam igitur in domo Esau, Christus nihil habet. Sed iuxta Angeli dictum. Regnabit in domo Iacob in æternū. Si non regnat in domo Esau, non igitur in Seyr. non in hēdis. meritō igitur mali in quibus Christus nō regnat, dicuntur Seyr. i. hēdi. 4. Nota: cū pij in die iudicij audient se oues esse: memorabuntur summæ suæ dignitatis, Christus. n. dicitur agnus, & dicitur filius eorum qui faciūt volūtatem Patris. Igitur pię animæ sentiēt se Christi fuisse matres. i. agni immaculati. An nō grādis ille ho-

nor? Rursum sentient, non frustra se genuisse agnum anniculum immaculatū Christū, cuius sanguine à deuastate Angelo fuerunt protecti. At hēdi nihil cōmune habēt cū agno. Igitur nec impij cū Christo. Maximè cū ouis sit, lac suū omnibus exponere hēdorum tamē officiū, alienū sugere lac. Conuenit igitur pietas cum oue: sicut & quadrat hēdo cupiditas. Et attēde præcor, in Christi grege, nō est mētio, nisi de ouibus & hēdis. Si enim facis volūtatem Dei: amās p̄ximos, & quæ potes ratione iuuās, sine dubio ouis es. at si tantū te præcipites: etiam si cornibus non ferias: etiam si mali exempli pessimum fœtorem non proferas. ¶ 7. Statutis igitur piis ad dexterā *Dicet rex ouib?* Nota: cum Christus alloquitur piis, regē se nominat: at cū alloquitur impios nullū sibi cognomentū addit: sed solū hoc. *Tunc dicet his qui à sinistris erunt.* Vbi intellige, Pius Christū esse oīa. sicut rex oīa est in regno suo. Cū igitur habet textus: dicet rex us qui à dextris sunt, intellige oīa bona nomine regis. Porro cū tacet, cum nihil addit loquēs impiis: intellige iam Christū nihil habere cū impijs, & nihil impios habere cum Christo. Venit enim princeps mūdi, & in me non habebit quicquā. Christus igitur pius rex, impijs nihil. ¶ 8. Dicit igitur piis: *Venite benedicti Patris mei.* Attende, Christus est dictum Patris. & non dictum modo, sed benedictum. Non enim Pater solum eructauit verbum, sed eructauit verbum bonum. dictum, & dictum bonum. Hęc summa est gloria verbi: quod verbum bonum dictum sit. Certè quia omnia quæ habet pater bona, accepit filius. Eructans. n. Pater, ac velut euomēs ex animo, & gaudēter, se totū eructauit, se totum euomit in filiū. Iā attolle oculos, vt videas, electos ita esse dicta, & benedicta. s. verba, & verba bona Patris. (licet in suo gradu) & p̄pterea etiā in suo gradu accipere oīa bona Patris. Sed de his tantū, ne oculos in tātā lucē videamur cōiicere. Summa igitur hęc est gloria sanctorū, qd' sint benedicti, i. bona verba. Recolo benedictionē eā, quæ Pater Iacob benedixit Ioseph filio, Dicēs. Benedictus sis benedictionibus de cælo desup: benedictionibus abyssi iacētis deorsum, benedictionibus vberum & vluę. benedictiones Patris tui fortiores sunt, benedictionibus patrum suorum: donec veniat desiderium collium æternorum. Planè benedictio dei est bonum donum Dei. Igitur benedicentur electi, omnibus donis cæli omnibus donis terræ. id est omnibus bonis, quæ habent sancti Angeli in cælo, & quæ habent viri boni in terra. Nec id modò, sed quia Christus lactatus est ab vberibus matris suæ: idē & sancti implebuntur donis humanitatis Christi. imo quia Christus genitus est ex vulua, & vtero Patris: idē sancti benedicentur donis diuinitatis Christi. Quid enim est aliud illud Ioānis. Nunc filij Dei sumus, sed nondū apparuit quid erimus. Scimus quia cū apparuerit similes ei erimus. Benedictiones

Exodi. 22.

Ioānis. 14.

Psalm. 44.

Mathæ. 11.

Genesi. 49.

Cantic. vlt.

Psalm. 109.

1. Ioānis. 3.

ncs

nes igitur, quas largitur Christus in die iudicij, fortiores sunt omnibus benedictionibus Patrum Christi, id est Abraham, Isaac, & Iacob. Et licet hoc tempore fortiores non videantur: at cum venerit dies ille, tã optatus omnibus piis, tã optatus toti mundo, tã optatus Angelis: tunc monstrabitur, quã verè sint illę benedictiones fortiores. ideo dicit: donec veniat desiderium collium æternorum, cælorum. f. & Angelorum: vt infra indicabimus. ¶ Iam cum dicit *Benedicti Patris mei*. Admonet Christus pios: vt attollat oculos in fontem omnium bonorum Patrem scilicet: vnde tanta benedictio orta fuit. tunc (vt arbitror) omnes sancti gratitudine pleni, flectent genua: tantam dignationem adoraturi: & ita summus eo loco Deo Patri honor tribuetur. vt redeat flumina ad mare, vnde exierunt: & gratiæ tribuantur omnium gratiarum largitori. hic fit vesper & mane dies vnus. Sanè p̄dit vesper è manè, rursusq; in manè redit: ac ideo ex vespe & mane fit dies vnus: ita sanctitas hominum, atq; benedictio, ex sanctitate Dei Patris egressa: in die iudicij in eundem Patrem regressa, vnum ex patre & piis Patris filiis efficiet. Agnoscent igitur tunc sancti: quod Pater est oia in omnibus. & qd̄ oēs benedictiones à Patre susceperunt. ¶ 9. Addit Dñs *Possidete regnum paratum vobis*. In vnum regnum oēs vocatur, nō in diuersa: vt agnoscas summam regnatum cōcordiã. Sicut. n. dum viueret, habuerunt cor vnum, & animã vnã: ita & cū regnãt, vnum habet regnum. Vt vnum sit regnum, quibus vnus fuit Deus, vna fides, & vnũ baptisma. Agnosce etiam, quod regnum beatorum non est regnum temporale. nã si ita esset diceretur eis. Manete & possidete. Sed cū dicatur e s: venite & possidete, fit vt regnum sit spũale. siquidẽ regnum eorũ, erit regnum Christi, cui⁹ regnum nō est de hoc mũdo. Demũ agnosce dignitatẽ electorum, quos Christ⁹, Angeli, mũdus & infern⁹, vt reges habebit. ¶ 10. Sed magnę difficultatis locus est, quomodo dicitur: *Paratum vobis ab origine mundi*. Nunquid non etiã, paratum fuit regnum illud Angelis sanctis? Cur igitur infernus dicitur paratus diabolo, & Angelis eius, at cælum dicitur paratum hominibus. Si de bonis mētio est, ex equo paratur homini, & Angelo regnum. si de malis vero, ex equo etiã paratur infern⁹ vtriusq; Rursũ 2. difficultas est, cur dicitur: *Paratũ regnũ, à mundi cōstitutione, cū etiã ante mundi cōstitutionẽ, & homini & Angelo eterna Dei p̄destinatio p̄parauerit regnum?* Et 3. difficultas: cur non item dicit, Ignem eternum, qui ab origine mundi paratus est diabolo. ¶ Ad primam illa prior plana responsio est, Deum parasse cælum, & item infernum primò & maximè ducibus, & principibus, capitibusque bonorum, & malorum. Planum verò est Christũ esse caput hominum, & Angelorum: vt Paulus testis est. Rursus planum est diabolum esse regem, & caput super omnes filios superbix, vt Iob asseruit. Sub capite Christo veniunt omnes fideles: qui sunt eius membra, sub diabolo omnes impij, igitur homi-

ni paratum est cælum: quia Christus homo est caput bonorum. At non homini, sed diabolo paratur infernus. quia caput malorum non est homo sed demon. ¶ Iam mecum profundius penetra: **Constat omnes fideles ab origine mundi, à Christo capite gratiam recepisse.** Verbum enim Dei quatenus erat futurus homo, & Messias, gratiam electis infundebat. de plenitudine siquidem eius nos omnes, (etiam in lege nature,) gratiam accepimus. Arbitror etiã ego Angelos, & omnes electos, gratiã suam ab hoc fonte cepisse. Igitur gloria & felicitas eterna, primò Christo homini, & humanitati suæ debebatur: mox Angelis. non igitur ex equo homini, & Angelo parata est gloria. Sed primò homini, vt capiti electorum omnium, postea Angelis. Sed hæc mihi subcensura dicta esse volo. D. enim Paulus me cogit. Cum dicit: *Elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem.* Igitur similiter electi sunt in ipso, & Angeli quia in ipso, & per ipsum sunt omnia. non homines solum: sed & Angeli. At prior electa est humanitas, per quã & Angeli sunt etiam electi. ¶ Ad 2. Respondeo: Primũ quidem: quod licet visio Dei, in qua summa felicitas est, fuerit parata ante mundi constitutionem: sed quia ad gloriã etiam pertinet, aula illa nobilis (videlicet cælũ) vbi Deus videbitur: & etiam pertinet illi nobiles ciues, (videlicet Angeli.) cælũ verò, & Angeli non fuerunt ante mundi constitutionem, ideo dictũ est rectè: percipite regnũ, cuius regia, cuius ciues vobis parati sunt ab origine mundi. 2. Respondeo: illud verbum, *Paratum*, posse hoc sensu intelligi: possidete regnũ, qd̄ p̄paratur, quodq; p̄munitur vobis, à mundi principio. quia à mundi primordiis, nihil aliud deus agit, quam regnum electis p̄parare. Sanè natura, lex, Christ⁹, Apostoli, Euãgeliũ, miracula nihil aliud agunt, q̄ electis munire viã, & edificare gloriã. Vt intelligas q̄rũ erit edificium illud eterne gloriæ, qd̄ Deus edificat, iã ab annis sex millibus. Videlicet magnæ structiones, nō nisi tempore longo edificatur. Vt nō nos pudeat, si terrena hæc nostra habitatio corrumpatur, quibus tãto impedio, tãto tẽpore: tãtum edificium, tãtus edificat artifex. 3. Cum dicit: *Paratũ ab origine mundi*: indicatur: nō solos Christianos, aut Iudeos fideles hoc regno potituros, sed etiã oēs pios, q̄ à mundi radicibus Deo seruiert. 4. Indicat mundi cōstitutionẽ effectã, gratia electorum seruituti. n. subiecit Deus omnẽ creaturã, p̄pter electos. Sensus igitur est. Possidete regnũ, qd̄ vt assequeremini, mũdus corruptionibus & iniuriis est factus obnoxius: gratias agite Patri, qui Angelos cælos & orbem in hoc disposuit: vt regnum hoc assequeremini. Quintò. Indicatur, totum mundũ nũc esse in doloribus partus, gemit. n. creatura, & parturit vsq; adhuc. cuius partus, regni assecutio erit. felices dolores qui talẽ sobolẽ pepererunt. Est igitur sensus. Percipite fructum, ob quẽ plantata arbor est, percipite sobolem, quã mundus pregnans edidit tandem. ¶ Ad 3. Respondeo, causam esse: quia

Deus

Ioannis. 1.

angeli
Ioh. 1.
x. acce
perunt.

Ephesio. 2.

Roman. 11

2. Cor. 5.

Roman. 8.

Roman. 8.

Sapientia. 1. Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione malorum, sicut ergo nec fecit peccatum, ita neque voluisset facere carcerem. Ab origine igitur mundi non erat Deo animus, infernum parare, sed iniusti carcerem eum parare fecerunt. Agnosce igitur Dei charitatem & bonitatem, nollet ille punire, ideo non dixit. Paratum ignem ab origine mundi: sed intellige paratum, a tempore quo mali angeli a caelo deciderunt. ¶ II. Adiungit Dominus causas: cur iubeat electos venire ad possidendum, causa est. *Quia esurivi & dedistis.* &c. Hic gravissimae sunt difficultates. Prior cur Christus solum concedat regnum largientibus eleemosynam: non verò concedat humilibus, patientibus, castis: imò, neque martyribus? Simulque, cur neget caelum iis qui non dederunt eleemosynas, non verò blasphemis libidinosis, & demum aliis infidelibus? Altera est: Num qui eleemosynas faciunt (etiam si aliis vitiis conspurcentur,) regnum Dei obtinebunt? Et simul: num qui eleemosynas non faciunt, etià si contèplatiui sint, etiam si religiosi, etià si pauperes sint, regno priuabuntur? Tertia est: Cur nulla mētio, de operibus misericordiae spiritualibus, sed de solis corporalibus? Quarta est: Cur nulla mētio, de aliis multis operibus misericordiae corporalibus? Vt puta, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, vt Iacobus habet: subuenire oppresso. Et (quod Isaias ait:) dissoluere colligationes impietatis: soluere fasciculos deprimentes, dimittere eos qui contracti sunt liberos. &c. Antequam aggrediar harum difficultatum decisionem. Primū aduerte: quod licet electis gloria ex aeterna Dei predestinatione, & preparatiōe dimanet: non tamē prouenit, nisi ex operibus suis. Simul enim dicitur, possidete regnum paratum a Patre & comparatum a vobis, quia dedistis cibum, potum, &c. Vt verum sit dogma theologicum, quod aeterna predestinatio sine nobis est: quantum ad principium, quia Deus sine nobis elegit nos: sed non est sine nobis, quantum ad finem, quia sine nobis, non glorificamur. Secūdo aduerte: quā vili vendatur regnum Dei, non a te hic magna requiruntur: sed quod facile, & expositum est, quodq, ipsa natura a te requirit, quod etiam tu a te requiris. Nec enim sola miseria fratris, sed etiam misericordia nostrae humanitatis, ad subueniendum propendit. Quis verò non stupeat, tantum gloriae, tam vili pretio venale constare? 3. Aduerte: Nūquam defuturos pauperes, quibus subueniant electi: siquidem per hanc subuentionem acquiruntur sunt regnum. Arripiant igitur electi medium, quo finem sunt adepturi. 4. Aduerte, summum inter omnia mundi aduersa, esse famem. ideo primo loco ponitur hic subuenienda. Quia iuxta verbum Ieremiae, melius erat occidi gladio, quam fame perire. Et ideo Dominus dicit: Misereor super turbam, quia triduo sustinet me, non dicit quia nuda est, quia peregrina, sed quia famelica. Igitur reuera crudele flagellum est, cum Dominus fame flagellat. At ne videamur difficultates oblatas fugere:

Ad primum respondeo. Aequissimū esse: vt quiuis princeps, si leges aequas statuit, per leges suas iudicet. Cum igitur Christus vnicā statuerit legē, (scilicet de dilectione proximorum,) per hanc debet iudicare. Lex alia de homicidio, de blasphemia, & si quae sunt aliae, sub hac vna comprehendit, Paulus asseruit dicens: Qui diligit proximum, vniuersam legē impleuit. Igitur cui videtur difficile, quod Christus per legem misericordiae iudicet, ei videatur difficile, quod Christianitas vnicā lege compleatur, de proximo diligendo. Tu expone, quā ratione, humilitas, castitas, patientia, sub vnicā dilectionis proximi lege, comprehendantur: & habebis expositam, quomodo vnicā dilectionis lege omnes iudicabuntur. ¶ Ad 2. Respondeo: quod omnis doctrina, sua propria habet vocabula, propriosq, intelligendi modos. habet phrasem suā Plato: habet & Aristoteles: habet igitur multo maxime Christus: Sanè dicit Dominus: quod petieritis Patrem, fiet vobis. Et quaecunq, orates petitis credite, & fiet vobis. &c. Horum locorum sensus est. Quod petieris Patrem, vt Christianus, vt instigatus spū Christi, ex motione & instinctu spūs sancti, id sine dubio fiet. si petis ex instigatione carnis, ex tribulatione cordis, non necesse est vt fiat. Non enim tunc petis vt Christianus: sed vt homo, non ex spiritu Dei, sed spiritu tuo. Ita planè & hoc loco non dicit: si cibasti pauperem vteūq, regnum, comparasti. sed si cibasti ex spū charitatis, ex spū dilectionis. Sanè cibasti mauros esurientem, operit nudū Indus, colligit hospitem amicus, at non ideo digni censeantur regno, quia non colligunt, non cibant ex spū Christi. Qui enim spū Dei agunt, hi sunt filij Dei. At filij Dei cauent ab omni inquinamento carnis, & spiritus. ¶ Ad 3. Respondeo ex Paulo: non (inquit) qui in manifesto: ille iudeus est. nec que in carne circūcisio: ita planè non qui in manifesto eleemosynarius est, is eleemosynarius re vera est. Et contra non is qui in manifesto non dat, re vera non dat. Sed contra, qui in spū & veritate cor habet munitum, is est certè misericors. Qui donaret si haberet, is certè est qui dat, coram Deo: contra qui ignauè, inuitè, aut superbè dat, is ferè non dat. Ne igitur, queratur pauper, aut monachus: quod ei caelum sit interclusum. minimè. Si amas ex spū & veritate, iam dedisti: aut certè dabis, si habebis. Rursum nec gloriatur diues in diuitiis suis, quod facile ei sit regnū Dei nummis comparare, nec id quidē. si enim feruore & charitate Christiana petentū Deus non impleuit: etià fides omnē substantiā tuā in cibos pauperū, sine charitate nihil es. ¶ Dices: si id ita est, cur Dñs de opib⁹ his meminit: & non potius de charitate: quae sola, aut haeredes aut ex haeredes regni facit? Respondeo, si de charitate sola meminisset, & non de opib⁹ ei⁹: essent multi, qui deciperentur, putantes se habere charitatem licet non darent. Admonet igitur: tūc eos signū habere suae charitatis, non si verbo diligant, aut lingua, sed si opere & veritate. Paulus dicit: cor-

Ioannis. 13.

Roma. 13.

Ioan. 14.

Marci. 11.

Roman. 8.

2. Corin. 7.

Roman. 2.

Ioannis. 6.

Ierem. 9.

1. Corin. 13.

1. Ioannis. 3.

de cre

Roman. 9. de creditur ad iustitiam, ore autem cōfessio fit ad salutē. Igitur prima salus, seu prima iustificatio, viuē tribuitur fidei, non simpliciter ei quę est in corde: sed cū fieri potest ei, quę se profert in ore. Sanē fides quę in corde est iustificat, id est, radix iustificationis est. Sed non iustificat, nisi ore proferatur, cum opus est, & cum facultas adest: ita etiam radix glorificationis charitas est, in corde firmata. Corde igitur amatur ad gloriā, sed opere miseratio fit ad glorię assequionē: si opus est: & facultas adest. Ergo ad principium iustitię prima virtus valet, scilicet fides: sed ad complementum iustitię, id est, glorificationem, perfectā virtus necessaria est, scilicet charitas. Sed neque illa, neque ista iustificat, nisi exerceantur: cum opus est, quia vt dixi non valet lampas accensa, nisi oleum seruetur in lecytho. Nec valet talentum in terra defossū, si non exponatur ad mēsam.

¶ Ex quibus responsio est ad aliam quęstionem. An ad salutem requiratur, quod omnia hęc opera sex misericordię quis compleat? An sat sit, quędam illorum exercuisse? Respondeo: necesse est, oīa exercuisse, si omnibus opus fuit. aliōqui necesse est animū habuisse, oīa exercēdi, vbi necesse fuisset. qđ si nō occurrit necessitas implēdi oīa, satis est quędā fecisse. ¶ Ad 4. difficultatē: solutio est. Elegantissimū consolandi modū, docendi, leniēdiq; esse, si tribuas: si opera illa misericordię corporalia exerceas, magnam partem spiritualium peregisti. Rursum in Ecclesia statuit Dominus præsules: qui ex iustitia iniūcti muneris, illa opera misericordię spiritualia præstent. at in iudicio non sola illa, ad quę ex iustitia obligaris, examinantur: sed illa quę ex charitatis ingenio nascuntur, non ius solum illic Dominus quæret, sed amorē. Item opera misericordię spiritualia nō ad omnes spectant. Quid enim docebit plebeius: castigabit subiectus: cōsulet imprudens: solabitur tristis? At in generali omnium iudicio, generalis virtus amoris exigitur, quę exerce nemo ferē est, qui non possit, quis enim vel potum aquę exhibere nequeat: vel visitare infirmum non possit? communia igitur opera, à communitate, cōmunis omnium Dominus requirit.

¶ Sed precor te: ne rursus audire pigeat causam cur Dominus solam charitatem, & misericordiā delegit: cui possessionem regni tribueret. Causa igitur est, quia nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo: at sola charitas deduxit Christum ad nos: igitur sola charitas efferet nos ad Christum. Currus Helisei igneus est: currus item Helie, quo in cælum subuehitur. Christus venit ad nos vt animam nostram cibaret æsurgentē, nō alio cibo quā corpore suo: venit ad nos vt animam satiaret inanem, non alio potu, quā spiritu suo. Spiritus enim suus est aqua, quā ille dat: vt iam nemo sitiat in æternum. Venit ad nos, vt nudam animam vesteiret: non alia veste, quā se. quia Paul⁹ dicit: Induimini Dominū I E S V M.

Zacha. 9. Venit, vt animā nostram in carceratam educe-

ret de ergastulo: vbi non erat aqua: nō alia ratione quā, ipse se clavis in Cruce ligando. Venit colligere animam hospitem & peregrinam nō in aliud hospitium, quā in gloriā suā, id est, in se. Si hęc facturus, de cælis ad terram ille descēdit: eadem facturus est, qui è terris ad cælū conscendere cupit. Planē semina hęc, quod illic metas. illic cibaberis pane vitę, & aqua sapientię potaberis. Illic sanabuntur omnes infirmitates tuę. illic colligetur tua peregrinatio: soluenturq; vincula colli tui. Quę igitur illic accipies, hęc semina: Quę enim seminauerit homo, hęc & metet. Sed arbitror, lōga enarratione ingenium lassauimus tuum ¶ 12. Pergamus porrō: Cum Dominus electorū suorū merita recēsuerit, electi respōdebūt. Quando te Domine vidimus æsurgentē? Vbi primō nota: ex hoc textu videri Christum non cogere nos, vt quæramus quibus eleemosynā præstemus. sat est, si cum vidimus æsurgentem, cibauimus. Nec enim dicit textus: Domine, quando te æsurgentem requisuimus? sed quando te vidimus. Porrō, grauis admodum quęstio succurrit: cur fideles dicant: Domine, quando te vidimus? Siquidem nihil aliud fideles faciebant, cū dabāt eleemosynam, quā Christum in paupere videre: imo parum eleemosyna prodesset, nisi pius cū dabat pauperi, Christo se dedisse putaret. Certē nihil aliud ferē clamant prædicatores, aut scribūt libri, quā hęc verba. Si pauperi datis: Christum in paupere attendite, cui detis. Ad hoc respōdeo Christum in die iudicij adeò futurū splendidū, adeò regio splendore fulgentem: vt vix Iosephū sui fratres agnoscant. Vix credi poterit, illū quē vidēt adeò summum esuriisse, aut sitiisse. Profectō cum discipuli viderunt Dominum, ambulātem in fluctibus: cum item viderunt eum à mortuis surrectum, vix eum esse credebant, quę antea nouerant: quantō potius præ admiratione dicent tunc. Domine quādo te vidimus? ¶ 13. Huic percontationi respōdet Dominus: Quando vni ex his fecistis. Quod intellige iuxta dicta, sub hoc sensu. quando ex spiritu charitatis, & ex spiritu diuino, vni ex his dedistis, mihi dedistis. Dedit igitur Deus. Dedit Deus Deo, & ideò munera Dei Deo data, remunerat ipse Deus: nec alia re remunerare debet, quā ipso Deo. quā verē dictū est. Oēs, in vno spū potatisumus. Ac si diceretur. Spūs. S. est mare quoddā. in hoc mari cōbibiti sunt oēs Christiani, nihil ferē apparet aliud, quā Deus. Et si omnia vidētur Deus, ex Deo pdeūt. ad Deum vadunt. Verē ita est, in cælo Deus est omnia omnibus: ita & suo modo, est omnia in terra in omnibus suis. hęc non expendas ad nasum Peripateticum, sed Apostolicum.

¶ 14. Conuertit Dominus ex piis ad impios vultum, dicitque illis: *Discedite à me.* Theologi nos docuerunt, ex hominibus quosdam vniri Christo per gloriā. 2. Quosdam per gratiā. 3. Quosdam per fidem mortuam. 4. Per naturam aptam illi cōiugi. Iam cum dicit: *Discedite à me.* Omnino tertios

Hebræ. 11.
Galat. 6
Psalm. 102.
Isaiæ 52.
Galat 6.
Genesi. 46.
Mathæ. 14.
Math. vlti.
1. Cori. 12.
1. Cori. 15.

Al
Opa mia
Corp. ma
gis necessa
ria

tertios & quartos expellit, vt nihil illi cū illo habeant commercij. Porrò cum Christus sit omne bonū: pax: delitiæ: fit, vt discedentibus illis à Christo, incidant in omne malum, inquietudinem, & anxietatem. Sed mecum te obsecro, expende. nō solum Christus est omne bonum, sed est etiam omne esse. Nam ita dixit rogati Moysi: Ego sum, qui sum. Est igitur Christus esse. Dices: Si Christus est esse, & iubet dānatos à se discedere: ergo iubet eos nō esse. scilicet iubens eos discedere ab esse, planè iubet non esse? Respondeo, reuera iubet eos incidere, non solum in non esse, sed in aliquid minus quam non esse. Esse enim damnationis minus est, peius est quam non esse. melius, inquit Dominus erat ei, si natus non fuisset. Vide igitur hominum miseriam: iubentur prouere in maius malum, quàm sit non esse. Et sicut esse supernaturale deitatis, quod Deus piis dat, exuperat omne esse naturale animalium, cœlorum, & Angelorum: bonumq; illud (quò vocantur pij, cum à Christo audient: Venite benedicti) omne bonum naturæ excedit: ita & non esse damnatorum, est nō esse supernaturale: quod omne malū, & omne non esse transcendit. O reuera impij maledicti. sanè si tantum essent dicti, ex dictione bonum aliquod haberent: at quia non dicti, sed maledicti sunt, ideò nihil bonum sed omne malum habent. Vidit Deus cuncta quæ dixerat, & dicendo fecerat: & erant valde bona. Sed miseri hi, nō dicti, sed maledicti sunt, ideò erunt valde mali. Vt igitur piis dicitur: venite ad summum bonū, ita & impiis dicitur: Discedite in omne malum. ¶ 15. Sed grādis est difficultas, cur dicit: *In ignem æternum paratum diabolo?* Num ignis corporalis, qualem theologi fatentur esse ignem inferni, torquere Angelos potest? Ad hoc ego nescio planiorē responsionem quàm si fateamur: ea ratione agere ignem in damnatos spiritus, quo agunt sacramenta in animas nostras. Et quo influit humanitas Christi in sanctos Angelos: ita & ignis ille corporalis influit dolorem ac errimum in angelos malos. Enimuero, quia spiritus illi tam longè descuerunt à sua dignitate: ideò Dominus tā potenter eos abiecit, vt etiam à corporibus spiritus torquerentur. Reges illi erant, descuerunt à rege regū: torquetur igitur infimo, & indignissimo tormento, scilicet corporalium rerum. Sed intellige tam esse violentum supplicium illud: vt cum summo dolore, facile verteret Angelum in nihilū (sicut ignis facere solet eos quos vrit:) nisi Deus speciali ordine id non permitteret. Iam si spiritibus illis, si tam magnis peccatoribus, si gigantibus illis, paratus est ignis inferni ò miseros homines qui eodem supplicio torquēdi sunt. si magni illi non poterunt tantum ferre dolorem, quid poterunt homines debiles, ac delicati? ¶ 16. Respondēt illi: *Domine quando te vidimus.* Dicite mihi, ò miseri, an non fuistis Christiani? An non habuistis fidem, quæ vobis reuelabat, in paupere Christiano diuitem latere Christum? An non sa-

pe prædicatores audistis, qui hæc vobis inculcabant? Cur igitur, quasi horum omnium obliti, dicitis, quando te vidimus? Imò verò cum tot sint in mundo pauperes, vt nunquam non sint obuij, melius diceretis: Domine quando non te vidimus? Neque enim Christus solum est nobiscum, vsque ad consumationem seculi, in sacramentis: sed etiam est nobiscum in pauperibus, in quibus esurit, & sitit. Cur dicitis: quando te vidimus? Sed reuera, vera dicunt. Primum enim si illorum fides mortua erat: oculos habens non videbat, & aures habens, prædicatores non audiebat. Tum si quid videbat: eius oculos clauderat culpa, quos postea aperiret pœna. Et demum hic damnatorum gemitus, illis est peculiaris. Dicunt enim ergo errauimus, & iustitiæ lumen non illuxit nobis. Et sol intelligentiæ non est ortus nobis. Verum sanè fuit, quòd Christus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: sed illa benigna illuminatione, quæ suos illuminat, non illustrat peccatores: illuminat eos ad pœnam, nō eos illuminat ad gloriam. Nota igitur, quod licet fides sit obscura, at quāto magis pius quisque est, tanto plus luminis habet. Et ideò magis dicitur res sacras videre. quāto minus pius est, tanto minus videt, & ideò hi miseri dicunt: *Quando te vidimus?* Fides ergo lumē est: sed charitas est oleū: in quo lumē illud pulchrè resplendet, & sine quo facile languescit. Fides, oculi sunt: quibus fideles vident: sed quantum plus terrę in oculos deciderit, tantò minus vident. Heli præ senectute habet caligantes oculos: ita planè cupiditas terrenorū, senium est: ex antiquo enim Adam illa descendit. sicut charitas est nouitas: ex Christo enim (qui nouus est Adam) emanat, quāto igitur plus cupiditatis, tanto plus senij: tanto igitur plus caligabunt oculi: & ita videre nō poterunt templi lumen. Nec te prætereat leuiculum illud. *Quando te vidimus esurientem, & non ministravimus tibi.* Pij nihil dicunt de ministerio: impij mentionem de ministerio faciunt. Sanè quia impij serui sunt, & vt mali serui charitatis idioma non nouerunt, at pij, filij sunt, ideò vix verbum seruitutis habent in ore. Quia non acceperunt spiritum seruitutis in timore: sed spiritum adoptionis clamātem. Abba Pater. ¶ 17. Respondet Dominus: *Quamdiu non fecistis vni de minoribus.* Nota: duplicē esse professionem, alteram Adam terreni, alterā Adam cœlestis. Adam terrenus pfitetur cupiditatē: semper ambire, semp ditari, semp in honoribus crescere. Porrò cœlestis Adam professio est: minuere ex honore: minuere ex opibus: ex delitiis: imò ex vita ipsa. Omnia enim hæc detrimēta esse existimat, propter eminentē Christi scientiam. rectè igitur illa professio minorum dicitur: quæ semper contendit terrena minuere. Rectè igitur & Christiani dicuntur minores. Vtinam, sicut minores sunt professione: ita sint & pectore.

CAPVT

Exodi. 3.

Mathæ. 26.

Psalm. 148.

Genesi 1.

Vide solo
4^o alij

Ioānis. 12.

Math. vlti.

Isaiz. 6.

Sapient. 5.

Ioannis. 1.

1. Regū. 3.

2 Petri. 2.

Roman. 8.

1. Cori. 13.

Philip. 3.

CAPVT. XXVI.

Et factū est cum cōsumasset.



DUBITATIO EST Græcis & Latinis contro- uerſa. An eadē mulier ſit, quæ apud Lucam capit. 7. vngit pedes Dñi: & quæ apud Mathæum, hoc loco, caput Domini vnguento liniuit? Nam Hierony. &

Chryſoſto. duas eſſe volunt. Origenes, verò & Euthymius tres eſſe aſſeuerant. prior fuit peccatrix, apud Lucam. Altera ſoror Lazari, apud Ioā- nem cap. 12. Tertia apud Mathæum, & Marcum: quæ ante duos dies paſchæ vnxit Dominicū caput. Auguſtinus verò, & reliqui Latini, vnā eſſe volunt Mariam: & hanc Lazari ſororē, quæ apud Lucam, Ioannem, & Mathæum vnxit Seruatorē.

¶ In qua controuerſia illud certum eſt: varia tē- pora fuiſſe, quando Chriſtus vnctus fuit: & varia item loca. Nam illa vnctio, cuius meminit Lucas facta eſt in medio curſu prædicationis Chriſti, illa verò cuius meminit Ioānes, & illa cuius Mathæus, fuit paſſioni proxima. Iam illa Lucæ, facta fuit in ciuitate. Ita enim Lucas: venit mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. At illa Mathæi, & Ioannis fuit in Bethania, vt expreſſè ipſi dicunt: Fuerunt igitur due vnctiones, diuerſis temporibus celebra- te. hic non eſt dubium. ¶ Dubium verò eſt an illa vnctio apud Ioannem, fuerit eadem illi, quā tradit Mathæus. & primo aſpectu diuerſa vide- tur. Nam Ioānes dicit factā ante ſex dies paſchæ.

Mathæus verò dicit: eam quam ipſe tradit fuiſſe biduum ante paſchæ. & Ioānes quòd facta fuerit in domo Marthæ & Lazari. nā miniſtrabat cœnæ Martha: at Mathæus ſuam dicit factam in domo Simonis leproſi. Sed controuerſia iſta, hac ratione cōciliatur. quòd eadem vnctio fuerit celebra- ta in domo Simonis, quæ eadē erat domus Lazari. vt qui forte erāt cognati: ac ita in magna domo ſimul habitantes. celebrata verò fuit ante ſex dies paſchæ. licet Mathæus eius meminerit in alio tempore. Non enim Mathæus dicit factā bi- duò ante paſchæ: ſed de ea loquitur, vt notaret oc- caſionem quam Iudas habuit Chriſti vendendi.

¶ Suppoſito igitur, quòd ſolum bis fuerit Domi- nus vnctus: reliqua dubitatio eſt, an Maria ſoror Lazari vtramq; perfecit vnctionem, an diuerſa Maria fuerit? Et equidem cum Latinus ſim, Latinorum opinionem ſectari libet. Ea quidē ra- tione, quòd Eccleſia vnica Mariam agnoſcit, & celebrat: quæ Dñi pedes inunxerit. Iam ad textū.

Cum cōſumasset IESVS ſermones omnes hos. Fateor hic magnum ſubelliſſe myſterium licet id ego non penetrem. Primum verò ſignifi- catur Chriſtum conſumari omnes ſermones, omnem doctrinam, omnem ſapientiam, quæ ſalu-

ti hominum neceſſaria erat. Itaquæ quantum ad eruditionē attinebat: Chriſtus ita verbo erudierat populum: vt ſi populus mandata quæ tradita erāt, ſeruaret: ſine dubio perfectiſſimè ſanctimo- niam, & cœleſtem gloriam compararet. ¶ Sed illud adde: Conſumauerat Chriſtus doctrinam, miracula, viuendi modum, hominibus & Ange- lis admiranda, & ſtupenda. His conſumatis ve- nit ad paſſionem. Nec enim reſtantē præceden- tes alium debuerant habere finem, quàm paſſio- nem. Tanta eſt celſitudo paſſionis Chriſti, vt eſſet neceſſe talem vitam, talem doctrinam, eam præ- ceſſiſſe. Paſſio, Deo gloriam reſtituit: Angelorū ruinas reparauit: cœlum ciuibus repleuit: homi- nibus gratiā meruit: iuſtis gloriam comparauit: peccatum, & mortem damnauit: diabolum viri- bus attenuauit: infernum captiuus expoliavit. Tā- ta fuit paſſio Chriſti, vt eius celſitudinē ſola Dei lingua poſſit explicare. Rem igitur tantam, tanta vita, tanta miracula, tāti ſermones præcedere de- buerunt. quæ cum Chriſtus conſumaret, ad il- lam deuenit. Si teſte Auguſtino: Laurentius mar- tyrij gloriā non meruit, niſi vitæ illuſtriſſimis me- ritis: an non ſequens eſt, vt Chriſtus ad celſitu- dinem paſſionis non venerit, niſi ſumma vita, ſummiſque ſermonibus iam conſumatis?

Scitis quia poſt biduum paſcha fiet. Ita erat decā- tatum. Venite, reuertamur ad Domi- num, quia ipſe cœpit, & ſanabit nos: percutiet, & viuificabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies. Et in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpe- ctu eius. Scio hæc ad reſurrectionis dies referri. Sed forſan quòd dicemus, videbitur accomodū. Dies prima fuit legis naturæ: quæ ab ortu Adæ ad Moſem durauit. dies ſecunda fuit legis vete- ris Lex enim lux eſt. quæ oriente, dies oritur. In his duobus diebus non eſt genus hominum viuifi- catum. Poſt duos hos, ſucceſſit tertius legis gra- tiæ, qui in Chriſti paſſione, deficiente veteri lege, ſplēdere nimium cœpit. Igitur Dominus inquit, poſt biduum, legis naturæ & ſcripturæ, verum paſcha fiet: per quòd agnus verus immolatus, te- nebris prioribus diſſolutis nouum mundo lumen exhibuit. Scio quibuſdā videri hoc impropriū: vt qui credant Legem gratiæ non in Chriſti paſ- ſione, ſed in Natiuitate, aut Conceptione cœpiſ- ſe. Sed hi ſatis produnt ſuam in lectione autorum tenuitatem. ¶ Sed & hoc accipe: Deus in prima mundi conditione lucem formauit. de qua dixit quòd eſſet bona. Cuius lucis reuolutio diem pri- mum conſtituit. Fecit ruruſum diuifionem aqua- rum ab aquis. factuſq; eſt dies ſecundus. de quo non dixit Deus quòd eſſet bonus. Addidit porrò, & congregauit aquas in vnum. apparuitque ari- da, & produxit herbam & omnem fructum. fuit hic dies tertius, cui benedixit Deus. An non hæc omnia planè noſtrum myſterium ſignificabant? Formauit Deus Adam luce gratiæ, iuſtitie origi- nalis, ſapientie infuſæ ſpendentem. prodiit lux legis naturæ bona, ſanctaq; fuit hic primus dies: cui miſe

Lucæ. 7.

Marci. 14.

Lucæ. 7.

Ioānis. 12.

Ioannis. 12.

Eodem.

Pſalm. 109.

Zachar. 12.

Auguſti. in Ser. de D. Laurētio.

Oſeæ. 6.

Pſalm. 18.

Exodi 12.

Geneti. 2.

Eodem.

cui misera errorum ac tenebrarum vespera successit. Post hunc priorem diē, lex Moſis lata est. Velut quoddā firmamentum, inter Iudeos & gentiles. Ita enim Paulus legē Iudeorum mediū parietem macerix nūcupauit. Quę quidem lex, cū suos obseruatores ad perfectā iustitiam ad ferrē non posset, nō est à Deo adeò laudata. Imo verē Ezechiel Dei autoritate clamat. Dedi eis precepta non bona, & iudicia in quibus nō uiuent, & pollui eos in muneribus suis. & Paulus eā legem vocat virtutem peccati, & ministracionem mortis & dānationis. Post hoc biduum inquit Christus, pascha fiet: huic biduo succedet noua lux: quę depulsis aquis vitę carnalis: & terra Ecclesię ab his aquis iā libera, germinare fecit omne virtutū genus. Terra enim nostra dedit fructum suum. Id si non credis, cōijce oculos in primitiuam Ecclesiā. Et verē dices, Ecclesiā terram esse germantē, letam, omni pulchritudine florum ornatam, omni copia fructuum diuitem.

¶ Est apud Zachariam verbum hoc. Erūt in omni terra dicit Dñs: Partes duę in ea dispergentur & deficient, tertia pars relinquetur in ea. Certē homines qui in lege naturę fuerunt, ferē defecerunt. Corrupt enim omnis caro viam suam. Homines in lege scripturę ferē defecerunt. omnes enim declinauerunt, & abominabiles facti sunt. Vt Paulus ad Romanos cap. 1. & 2. docet.

Tertia igitur pars quę post biduum est, fruens luce Christi, edens ex agno paschali, euadit gladiū angeli exterminatoris. ¶ Post biduum pascha. i. transitus fiet. Transibit enim populus qui Christo adhesionem, ex lege Moysi ad legē Christi, ex vmbra ad veritatem, ex tenebris ad lucem, ex figuris ad figuratum, ex timore ad amorem, ex peccatis ad gratiam, ex Ægypto, ad desertū. Imò ex deserto, ad terrā promissionis. Imò ex exilio ad paradysum: & ex mundo ferē ad cælum, nostra enim cōuersatio in cœlis est. Vbi consedere nos fecit Deus in Christo. Certē per passionem suā Christus transiuit ex vita ad mortem, & per resurrectionem, ex morte in vitam, & per ascensionem, ex seculo in beatam felicitàtem: ita & nos cum eo, ex vita carnali transimus ad mortē seculi. Et ex morte seculi, ad vitam spiritualem: ex quā vitam beatam expectamus. Vbi non iam pascha nec transitus vltra erit. Dum enim in seculo sumus, vita nostra transitus est. Ea enim ratione Iudei Hebręi vocati sunt, id est, transeuntes. transit enim vita, transimus nos cū ea, præterit enim figura huius mundi. At illa beata felicità aterna est, in quā nō est transmutatio, neq; vicissitudinis obumbratio, id est, non est vel vmbra, vel vestigium mutationis aut transitus.

Et filius hominis tradetur. Hebręis idem est filius hominis, & homo. Ita enim frequenter Deus Ezechielem vocat filium hominis, id est, hominē. Christus igitur filius hominis, id est, homo. Vt cum audis Christum, non vnum sin-

gularem hominem solum intelligas: sed intelligas omnes in eo homines. Noltram in eo intelligas naturam. In Christo enim omnes viximus, crucifixi sumus, sepulti, & mortui, vt Caius Papa, & Leo etiam sanctissimus & doctissimus Pontifex decreuerunt. Quorum Pontificum hæc sunt verba: singulares in singulis mortales fuerunt: nec alterius quisquam debitum suo sine per soluit. Cum filius hominis, vnus solus, Dominus noster Iesus Christus (verē agnus immaculatus) extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sunt fuscitati. Hęc Pontifices, quibus accinit Paulus. Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificantur. Sicut enim Adam vnus erat: eramus tamen nos omnes in eo: ac ita peccate eo, peccauimus omnes. Ita & Christus vnus erat, eramustamē omnes in eo, noua perfidem generatione. Ac ita eius merita omnibus (si ipsi volent) fidelibus applicantur.

¶ Ergo cum Pilatū audis. Ecce homo, intellige. Ecce omnes homines (de quo postea) ita & nūc inquit Dominus. Filius hominis, id est, homo, id est, omnes homines, membra. i. cum capite.

¶ Hic igitur Filius hominis tradetur: dimittetur, & permittetur. quęris cui permittetur? Certē Iustitię Diuinę: mūdo: hominibus: demonibus. Rectē enim Christus ad ministros. Hęc est inquit hora vestra, & potestas tenebrarum. Id est: Data nunc vobis facultas est: permittitur vobis agere quod velitis, permittitur omnibus tenebris, id est, omni regno tenebrarum, vt rabiem, furias, & violentissimos impetus in me exerceant. Rectē item Christus ad Pilatum. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Nisi enim hæc fuisset facta permissio, tota natura insurgeret aduersus Iudeos accusatores, & Gentiles occisores. Imò & ij ipsi qui impio facinori animum, linguas & manus admouebāt, suum autorem reueriti, cecidissent. Sicut retrorsum ceciderunt ministri illi qui animo rabiente Christum volebant comprehendere. Ab hoc igitur momento, quo Dominus dicit. Filius hominis tradetur, permisi sunt Iudeorum principes congregare sua concilia: Iudas de pretio traditionis pacisci: mundus ac infernus contra Christum armari. Expende obsecro, eas quas Christo hominum genus intulit iniurias, non poteris, non credere, nisi quod totus infernus contra Christum conspirarit.

¶ Id igitur est quod dicit. Filius hominis tradetur, vt crucifigatur, id est, vt morte turpissima condēnetur. Vt omni genere, omni arte iniuriarum, afflictionum, & tormentorum affligatur. Vt verē Christus dicat. Circūdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inueni. vt necesse fuerit, nomen Domini inuocare. Crucis igitur tormēta Christus vocat pericula inferni: quia nullus dolor in vita, sed solum in infer-

Caius Epif
to. decre
tali ad Fe
licem. Idē
Leo. 1. Epif
to. decre
ta. vlti.

1. Corin. 15.

Roman. 5.

Luc. 22.

Ioānis. 18.

Ioānis. 19.

Ioānis. 18.

Sapient. 2.

psalm 114.

in inferno maior inueniri potuit:

Tunc *congregati sunt, principes sacerdotum, & seniores populi, in atrium principis sacerdotum, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent.*

In principibus sacerdotum summam religionis, quæ tunc erat intellige. In senioribus populi, summam prudentiam, populi grauitatem, & auctoritatem vides. En religio humana, sapientia, & grauitas hominum conuenit: vt Iesum dolo teneat. Itaq; simul ac permisit Deus Christum suum hominum voluntati, tota hominum maiestas contra Deum armatur. Si Deus non custodit ciuitatem frustra vigilat, qui custodit eam.

Psal. 126. Si Dominus non seruat cor humanum, facile contra Deum insurgit, Rectè & sapienter Psaltes

Psal. 4. inquit. Filij hominum, vt quid graui corde? cur habetis cor graue? quòd sua spontè in malum ruit, quasi si lapis sursum teneatur, statim vt relinquitur, ruit: quia graue est, ita cor nostrum graue est, vt Deus relinquit ipsum agere quæ sua sunt, Deo suo bellum mouet. Nec enim mora fuit: sed vt Christus dixit Filius hominis tradetur, congregantur principes contra Dominum.

Genes. 8. An non vides verum esse illud: sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt, idq; ab adolescentia. Si in malum sensus nostri inclinât: statim vt relinquuntur, in malum appetunt. Cõcludit ergo meritò Ieremias, prauum est cor hominis præ omnibus. Et quidem ego non miror quòd relictum à Deo cor, in malum contendat.

Ierem. 17. Scio enim verum esse, quod iniquitas super talè to plumbi sedeat. Vbi ergo iniquitas est: ibi sedem suam collocat. Si in corde iniquitas est, in corde talentum plumbi erit. Id talentum grauiabit, deorsumq; cor nostrum cadere faciet. Nec modo cor in malum propensum viri habent iniqui: audi quid Paulus iam Apostolus dicat. Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati. Paulum etiam, lex membrorum suorum in legem peccati captiuum ducit. O verè captiuum clamorem, o iustam querelam! Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? O verè gemitum grauatæ pectoris: Factus sum mihi metipso grauis. Finiam locum hunc si illud vnum adiecero. Ne auertas, inquit Psaltes, faciem tuam à me, quid vereris o rex, si auerterit faciem suam Dominus à te? Respondet: Si auerterit, a simulabor descenditibus in lacum, id est. Ruam in peccatum, vnde gradus est, vt prouam in æternæ damnationis lacum. Ergo auertit Dominus faciem suam à Principibus & à tenioribus: & statim colligunt consilium cõtra Iesum, contra Deum, Messiam,

Zacha. 5. vineq; heredem, Patris familiæ filium. Et congregant consilium contra eum, vt eum dolo teneat: & tandem vt occidant. Itaq; peccator ex vno præcipitio in aliud: & ex hoc in profundum malorum proruit. Primum fuit consilium cõtra Iesum: secundum malum fuit Iesum dolo

Roman. 6. tenere. Summum & vltimum fuit occidere. Caue igitur ne cadere incipias.

Iob. 7. tenere. Summum & vltimum fuit occidere. Caue igitur ne cadere incipias.

Psal. 87. tenere. Summum & vltimum fuit occidere. Caue igitur ne cadere incipias.

Math. 21. tenere. Summum & vltimum fuit occidere. Caue igitur ne cadere incipias.

tenere. Summum & vltimum fuit occidere. Caue igitur ne cadere incipias.

Dicebant *autem, non in die festo.* Imò verò erit agnus immolandus, o Pharisei, in die festo, in die letitiæ, & exultationis.

Dictum quippe erat in Canticis. Egredimini & videte filiæ Syon, regem Salomonem, in diademate, quo coronauit eum mater sua: in die desponsationis illius: & in die letitiæ cordis eius. Ac certum est Synagogam Christi matrem, Christum coronasse spineo diademate, in die passionis eius, quando Ecclesiam desponsauit. Eum diem dicit, esse diem desponsationis, ac proinde festum: vnde asserit, esse diem letitiæ cordis eius. Repugnent igitur Iudæi, agnus tandem immolandus est, in festo, & in die letitiæ. An non dies letitiæ, & festi est, qui optatissimus ad eum? At diem passionis optauerat vehementissimè Christus. Dicebat enim: Ignem veni mittere in terram, & quàm cupio vt accendatur? Baptismo habeo baptizari, quomodo coarctor donec fiat! Erat baptizandus in sanguine suo, & eum diem sibi summis votis optat venire. Est igitur agnus occidendus in die festo, in die leto.

¶ Dices: An non lachrymosus dies ille fuit, quo fuit agnus occisus? cur diem, in quo sol, luna, terra, imò & lapides doluerunt, festum & letum vocas? Ita planè lachrymabilis dies est, si spectes vulnera, vibices, & tormenta Redemptoris. At si fructum qui inde nascebatur spectes, an non tibi dies videbitur letissimus? quo Deo summa gloria, Christo summa victoria, homini copiosissima redemptio, cœlis optata reparatio, terræ à peccatis emundatio contigerunt? Et quidem diebus antiquis non meliori ratione dies festi agebantur, quam tauro-rum & aliorum pecudum imolatione. Ita enim credebant patres illi vetusti Deo se gloriam exhibere. Quanto festiuor dies, quo in Dei gloriam, Christus summus Pontifex, se Patri sacrificauit, & priora illa sacrificia absoluit & consummauit? Igitur licet Pharisei rumpantur, immolabitur agnus in die festo.

Quòd verò dicunt, ne forte tumultus fiat in populo: licet imprudenter, rectissimè tamen dixerunt. Et equidem quacumq; die Christus immolaretur, tumultus erat futurus non solum in populo, sed & in cœlo, sed & in terra, sed & in inferno. Si enim Dominus creaturis laxasset habenas, an non angeli de cœlo impetu facto, contra Iudæos & Gentiles irrupissent, ne sacrilegas in Christum manus admouerent? An non terra dehisceret (vt cum Dathan & Abiron) nefarios illos ministros absorberet? An non infernus sine numero suum os aperiret, vt sicut cœtus Ionam, ita infernus funestissimos illos, sed non euomendos, deuoraret? Certè non erat opus rogare Patrem, vt exhiberet angelorum legiones: sat fuisset si Christus eas venire voluisset. ruerent omnes in sui

mini.

Sapient. 5. ministeriū creatoris. Profecto armabūtur crea-
 turę in die Iudicij contra insensatos: an non
 etiam, armarentur in die passionis? in qua sicut
 affectum quem Deo suo debebant, suo dolore
 Math. 27. monstrarunt: ita eundem affectum suo furo-
 re monstrassent, si ita Christus voluisset. Sed
 qui se morti obtulit, tumultum in orbe com-
 pescuit, ne mors tam desiderata impediretur.

Cum autem esset Iesus in Bethania, in domo Symo-
 nis leprosi, accessit ad eum mulier, &c.

Iudicio meo Christus in Bethania, Filium Dei
 in nostra carne habitantem designat. Bethania
 significat domum obedientiæ, & auditionis
 Dei, & responsionis Dei. Quæ tria nulli nisi
 humanitati Christi integrè competere possunt.
 Quem dabis mihi ita obedientem, vt Christi hu-
 manitatem? Quid aliud intelligis, cum audis:
 Luce. 21. Pater non quod ego volo, sed quod tu: quàm
 Filium Dei in domo obedientię cōmorantem?
 & illud. In capite libri scriptum est de me: vt
 Psal. 39. faciam voluntatem tuam. Deus meus, volui:
 & legem tuam in medio cordis mei: an non
 vides Filium Dei in domo obedientię?

¶ Porro humanitas illa domus est exauditionis.

Imò nullus à Patre auditur, nisi in hac domo
 precetur. Christus enim auditur pro sua reue-
 rentia: & omne iudicium, omne negotium,
 Heb. 5. omnis deniq; cāsa, Christo filio hominis cō-
 missa est: vt omnes honorificent filium, sicut
 honorificant Patrem. Neq; enim vel ipse Mo-
 ses exauditur: vt gloriam Domini videat, nisi
 steterit in Petra. (Petra autem erat Christus.)

Exodi. 33. Ita enim habetur. Est locus apud me, stabis
 supra Petram: cum transibit gloria mea, ponam
 te in foramine Petrę, &cæt. Idem clarius in Cā-
 tico. 2. ticus. Columba mea in foraminibus petrę, in
 caverna macerię, ostende mihi faciem tuam,
 sonet vox tua in auribus meis. Tunc, inquit, so-
 net vox tua, tunc ostende faciem tuam: cum
 steteris in foraminibus petrę, & in caverna ma-
 cerię. Est igitur Christi humanitas Oraculum:

Roma. 3. Sancta sanctorū. Propitiatorium, vbi Deus nos
 exaudit. in cuius rei testimonium Ecclesia san-
 cta orare & exaudiri se existimat, cum per Iesum
 Christum Dominum orat.

¶ Demum eadem humanitas, domus est respō-
 sionis. Dabāt olim demones ex tripode respōsa:
 respondebant in lauri folijs, in fœminarū ven-
 tribus. At Deus delegit sibi aliud oraculum
 multo Diuinius: ex quo toti orbi loqueretur.
 Videlicet, Christi humanitatem. Dicit enim
 Deus de Christo suo. Ponam verba mea in ore
 eius: vt plantet cœlos, & fundet terram, vt di-
 cat, populus meus es tu. Quàm rem Christus no-
 bis reuelauit dicens. Doctrina mea nō est mea,
 sed eius qui misit me Patris. Et item: Verba
 quę ego loquor vobis, à me ipso non loquor:
 sed Pater in me manēs, ipse facit opera. Et item:
 Ioānis. 14. Verba quę dedisti mihi dedi eis. Igitur filius
 Ioānis. 17. Dei in humanitate, est Christus in Bethania

¶ Et equidem Christus in humanitate, est in do-
 mo Symonis leprosi. Non quòd lepram huma-
 nitas haberet ex se: sed quia humanitas illa nos
 omnes habebat, vt membra. & si nos eramus le-
 prosi, meritò in domo leprosi filius Dei habitare
 dictus est. Ipse enim languores nostros tulit,
 & dolores portauit. Vnde rectè dictum est: Vi-
 dimus eum despectum, nouissimum virorum,
 virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et
 profectò, si languores nostros ipse tulit. Lan-
 guores verò nostri lepra sunt, igitur lepram no-
 strā ipse tulit. Igitur leprosus est, non lepra cul-
 pæ: sed pœne, peccatis nostris debite. Vnde nos
 reputauimus eū leprosum, percussum à Deo, &
 humiliatum. Probatum mihi hac ratione sit, fi-
 lium Dei in sua humanitate, significari per
 Christum in Bethania, & in domo Symonis le-
 prosi morantem.

Meritò igitur ad Christum in humanitate mu-
 lier accedit, id est, accedit Ecclesia: accedit, &
 quilibet nostrum. Vbi enim (vt oleum) effu-
 sum est Dei nomen in terram, factum illico est,
 vt adolescentulę sponsum diligenter. Rogarent
 q; vt traheret eas post se, & currerent in odo-
 rem vnguenti, super terram effusi. Quis nesciat
 filium Dei, nomen esse Dei? Et quis nesciat
 hoc nomē super terram effusum, cum filius Dei
 in terra visus, & cum hominibus conuersatus
 est? At nemo nescit, Ecclesiam huic Emma-
 nueli adhēssisse. Accessit igitur mulier ad Chri-
 stum, sed non nisi in Bethania. non nisi in domo
 leprosi. Cum enim filius Dei cardines cœli per-
 ambulabat: tunc vix notus erat nisi in Iudęa
 Deus. At cum idem tanquam sponus proces-
 sit de thalamo suo, exultauitq; vt curreret vi-
 am suam: tunc nemo fuit, qui se à calore eius
 absconderet. Calfacta verò eo calore anima, &
 eo lumine illustrata, ad ipsum Solem accessit.
 Accessit igitur mulier.

¶ Queris porro quod sit alabastrum, quod hæc
 mulier habet? quid etiam vnguentum in ala-
 bastro contentum? Certè alabastrum, ex terra,
 corpus nostrum designat. Vnguentum pisticum
 pretiosum, animam fidelem, & Deo pretiosam
 ostendit. Vt enim iniquus homo alabastrinum
 sepulchrum est: non vnguento, sed ossibus mor-
 tuorum plenum: ita contra, vir pius alabastru-
 num vas est, pistico vnguento, & pretiosissimo
 plenum. ¶ Nam quòd mulier alabastrum fran-
 gat, sanctos martyres demonstrat, corpora sua
 fractioni exhibentes: vt animam sacram in cor-
 pore clausam, in Christi honorem effunderent.
 Quid enim sunt sancti lapidati, secti, in occi-
 sione gladij percussi, ludibria & verbera ex-
 perti, quàm alabastra defracta, vt caput inde
 Christi, (eius videlicet Diuinitas) vnguento de-
 liniatur, & totus hic mundus boni odoris fra-
 grantia redoleat? Quid verò mirum est, si ef-
 fundere mulier suum vnguentum, (id est, suum
 spiritum) in Christi gloriam exoptet, quando vi-
 det

Isaie. 53.

Isaie. 53.

Eodē.

Cantic. 2.

Baruch. 3.

Isaie. 7.

Psal. 75.

Psal. 28.

Math. 23.

Hebr. 12.

videt Deum ipsum, oleum esse effusum, vt eo oleo vulnera nostra sanaret?

Lucc. 10.

¶ Quod si multi ex nobis, qui Christo accessimus, alabastra nostra non frangimus, id quidem non est, quia non libet, sed quia non oportet, vasa nostra confringere. Nec enim sunt, qui ob Christi nomen occidant tyrāni. Verum tamen, voto preestamus, quod re non possumus.

Colos. 3.

¶ Imò verò quotidie mortificantes membra nostra quę sunt super terram, quotidie etiam alabastra nostra confringimus: vt inde vnguentum desideriorum, Christi caput perungat. Et memento, quod milites Gedeonis sua vasa frangentes, vt lucis splendore fulgente, Madianitę fugentur: significarunt Christianos, corpora sua mortificantes: & sanctos martyres corpora sua fractioni exhibentes, vt Christi lux, in vnguento animę refulgens, triumphum de demonibus reportaret. ¶ Quadrat verò quod sequitur: Domus impleta est ex odore vnguenti. Nunquam enim ita mundus virtutis odore fragrauit: vt quando sancti martyres martyrio sua corpora exposuerunt. Nunquam fumus ex orationibus sanctorum ascendens gloriam Dei ita repleuit: quam quum sancti illi in tyrānorum ignibus ardebant.

Apocal. 8.

¶ Porro martyribus corpora sua frangentibus, & viris pijs carnem suam mortificantibus: multi ex his qui pijs iudicantur) insurgunt, indignatiq; & molestę ferentes, dicunt, vt quid perditio hęc? Poterant hi homines in mundo manere: & utilitatibus indigentium deseruire, etiam si eorum opera magno pretio redimeretur. Poterat sapiens manere in vsum insipientium: diues in vsum pauperum: maritus in vxoris & filiorum vsum. Vt quid ergo perditio hęc? cur se isti morti deuouent, quorū vita tam multis erat necessaria? His respōdet Dñs. *Quid molesti estis huic mulieri? Bonum opus operata est in me.* Maius enim opus, & maiorem charitatē nemo prestare potest, quam vt animam suam effundat, pro Deo suo. Non deerunt indigentibus qui, illorum inopiam subleuent. Hi verò interim animam suam effundentes, ad sepeliendum me eā effuderunt. Fateor hęc verba esse difficilissima: sed quę lucem ex Paulo habere possint. Inquit ille: Qui baptizati sumus, in Christi mortem baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo, per baptismum in mortē: vt quomodo Christus surrexit à mortuis: ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Id est, cum Christianus baptizatur, Christi sepulturam representat. Christus ponitur sub terra: Christianus sub aqua. Christus triduo iacet: Christianus ter sub aqua mergitur. Christus non sepelitur, vt mortuus maneat: sed vt resurgat ad vitę nouitatem: Christianus non mergitur, vt sub aqua perseueret: sed vt resurrectus in vitę ambulet nouitate. Renouat igitur Christianus Christi in se sepulturā. Et perind est Christianum baptizari, ac si nunc

cum Christo sepeliretur, & cum eodem de nouo resurgeret. ¶ Quia quod de baptismo fluminis Paulus dixit, id de baptismo sanguinis potiori ratione phas est intelligere. Ergo martyr qui in suo sanguine baptizatur, id ad sepeliendum Christum facit, id est, ad representandam in se Christi sepulturam. Perinde faciens, ac si nunc cum Christo de nouo sepeliretur: vt cum eo nouitatem vitę eternę accipiat. Quid igitur martyribus molesti estis, animam suam pro me ponentibus? Si propter me moriuntur, putate eos mecum mori, & mecum sepeliri: vt mecum, in eternitatem vitę resurgant.

¶ Sed & illud adde. *Effundēs, inquit, hęc vnguentum, ad sepeliendum me fecit.* Id est, quia sciebam, quod martyres essent animas suas propter me fusuri: & propter me sepeliendi, id memouit: vt prius ego pro illis animam funderem: & sepulturę me tradere permitterem. Et equidem, si nondum pro illis animam fudissem, si nondum sepultus essem: illa martyrum charitas, morti me adigeret, & sepulturę.

¶ Denique, illud verbum, ad sepeliendum me fecit, ita intelligi potest. id est, in gloriam & memoriam sepulturę meę fecit. Videntes enim martyres Christum pro eis sepultum: volūt ipsi pro illo mori & sepeliri. Vt enim Paulus dicit, quod qui baptizantur, in mortem Christi baptizantur, id est, in memoriam & representationem mortis Christi baptizantur: Ita Christus dicit: martyres qui sepeliuntur, in sepulturam eius sepeliri: id est, in memoriam & representationem sepulturę Christi.

Tunc abiit vnus de duodecim. Id est, tunc abire permissus est vnus de duodecim, ad summum omnium seculorum facinus perpetrandum. Cur verò potius est Iudas, quam Ioannes abire permissus, noli perscrutari, si non vis errare: inquit Augustinus in simili exemplo. Fateor loculos habuit Iudas: qui ei fuerūt criminis occasio. Vt nos etiam tanti sceleris occasione pertimescamus. Sed tādē cur sit abire Iudas permissus, Paulus ostendat, cum dicit. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Nos interim aduertamus, quō malorum humana natura sibi permilla relabatur. Labitur enim vt triginta argenteis Christum: demonibus verò suam animam tradat. Tradit verò Iudas Christum, quē sanctum, quem Messiam, quem filium Dei ante cognouerat. Imò quem Deum esse credebat: viderat enim Iudas, suum patrem à lepra, & suā matrem à paralyti, per Christum, miraculosē sanatos. An nō id satis erat, vt eum Deum esse cognosceret? Expende igitur quis tradat: quem, quibus, & in quem finem?

¶ Porro hęc me historia multum timere facit. Video enim in Christi collegio vndecim pios, qui pro viribus Christum seruare volebant. Video vnum solum iniquum: à quo tandem Christus, suis hostibus proditus est. Itaq; plus valuit vnus

Roman. 6.

Roma. 6.

August.

Roman. 9.

Ita Augustinus asserit.

vnus malicia ad prodendum, quàm vndecim bonitas ad seruandum. Quæ nunc spes mihi erit, siquidem in collegio membrorum meorum, vix vnum est, quod me seruare contendat. Omnia verò sunt, quæ in meam prodicionem conspirat. Nam Paulus in omnibus membris, dicit esse legem, in peccatum nos captiuantem. & Christus dicit, non vnum domesticum esse nostrum inimicum: sed quod inimici hominis domestici eius. Et quod terribilius est, nõ solum domestici nostri, sunt inimici nostri: sed vt sapientia dicit: Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animis hominum, & in musculam pedibus insipientium. **¶ Libet hoc loco id aduertere: quod in collegio suo, omne genus ferè peccati Dominus permisit: vna excepta luxuria. Permisit Thomam incredulum: ita enim illum admonet Christus. Mitte manum tuam huc, & noli esse incredulus. Quin & discipuli ferè omnes fuerunt infideles. Nam recumbentibus illis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem, & duritiam cordis. Permisit eorum ambitionem, & superbiam. Nam Iacobus & Ioannes petunt dextram Christi & sinistram. Quin & omnes Apostoli contendunt, quis eorum videretur esse maior. Iam in passione omnes fugiunt, Petrus negat, & est Iudas auarus. Omnia permisit Christus: Sordes carnis nõ permisit. **¶ Id etiam aduerte. Primum inter Christianos simoniacum fuisse Iudam: Christum enim rem sacratissimam, pretio vendidit. Id verò crimen Deus suspendio & desparatione patitur. **¶ De triginta argenteis, cap. sequenti erit comodius dicendum.******

Prima autem die azymorum.

Primum quod hoc loco tractandum occurrit, solènis illa disceptatio est: in qua Latini cum Græcis adeò contendunt. An .s. Dominus cenauerit decima tertia luna, cum adhuc fermentatum in domibus Iudeorum reperiebatur: an verò decima quarta: cum iam fermentatum non apparebat? Græcorum enim pleriq; aiunt: Dñm decima tertia luna cenasse. Quà ratione & Græca Ecclesia, non in azymo, sed in fermentato Eucharistiam conficit. Eam sententiã multis argumentis probant. Sed eorum maximũ est, quod Ioannes inquit: sexta feria Iudeos non introisse prætorium, ne cõtaminarentur: sed manducaret pascha. Igitur sexta feria Iudei manducabant pascha, sed lex iubebat manducari pascha luna. 14. Ergo sexta feria erat luna. 14. Quo fit vt feria quinta (quã cenauit Dñs) fuerit. 13. luna. Porro Latini (vt hoc & similia argumeta dissoluãt) variè respòdet. Paul⁹. n. Burgensis, in anotat. sup caput hoc, re nouã adfert. Videlicet, morem fuisse Iudeis, certis quibusdam causis, sua festa transferre id est, ex vno die in alterum differre. Quo fit: vt quia causæ transferendi occurrerunt tempore passionis Domini: paschæ solènitatis translata sit,

ex feria quinta, (quãdo erat naturalis luna. 14.) in feriam sextam: quam etiam vocabat decimã quartam, non naturalem, sed legitimam.

¶ Christus igitur vt verus legis obseruator, solènitatem paschalem in naturali luna, 14. celebrauit. Plebs verò Iudeorum, ex more suscepto, eam celebrauit in sexta feria (quæ erat. 14. legitima, non naturalis.) Quã causa Iudei non intrant sexta feria in prætorium, vt pascha manducant.

¶ Hanc plausibilem sententiam sequi sunt Paulus Midelburgensis, Episcopus forosempronianus: lib. de celebratione Paschæ: & Ioannes Hætenius Hieronymianus in anota. ad Euthymiũ.

¶ Ex Latinis, alij putant hanc sententiam esse fabellam. Primum, quia Marcus inquit: prima die azymorum (quando pascha immolabant) dicunt ei discipuli: quo vis eamus, &c. Igitur in primo die azymorum, quando discipuli parauerunt, & Christus cenauit: immolabant & reliqui pascha. Secundo, inquit Lucas. Venit dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha, & misit Petrus & Ioannem. Igitur in primo die azymorum, quãdo erat necesse occidi à Iudeis pascha, mittit Christus Petrum & Ioannem: vt parent solènitatem. Ipsi parant, & Christus cænat. Simul ergo cælebant pascha, & Christus & Iudei. Nõ igitur diuersis diebus. **¶** Hæc duo argumenta necessario Græcos in hanc sententiam cogunt: vt eodem die celebrarit Christus pascha, quo celebrabant Iudei. Non igitur iniuria, eorũ sententiam Latini vnanimè refellunt.

¶ Vnum illud argumentum quod ex Ioanne attulerunt nos vrget. Quomodo Ioanes dicat, Phariseos non introisse prætorium, ne cõtaminarentur, & manducarent eo die pascha? Sed respondet Chrysost. Phariseos occupatos in Christo comprehendendo, interrogando, condènando: eam noctem (quã erant agnum immolaturi) cõsumpsisse. quã causa, solènitatem in diem sequentem distulisse. **¶** Nescio verò an aptè responderi possit. Phariseos illos, & scribas (vt superstitiosissimos) nõ solum incõtaminatos voluisse agnum manducare: sed etiam incõtaminatos totam paschæ festiuitatẽ celebrare. Quã ratione volebant non introire prætorium: vt incõtaminati, dies illos septem paschæ, transigerent. Non libet in hac re morari: Res enim est omnibus tractata. Ad textum venio, in quo discipuli Christum rogant.

Vbi vis parem⁹ tibi comedere pascha, & Dñs respòdet. *Ite inciuatẽ, & occurret vobis hõ lagenã aquæ baiulans. Sequimini eũ: in domũ, quã ille intrat: ibi pascha fiet.* **¶** Non potest hic nõ grande subesse mysteriũ. Nam & Abraham misit seruũ suũ: qui sponsale festum Isaac filio suo pararet. Seruo verò venienti, Rebecca occurrit lagenã aquæ portans. quæ illi canaculũ grande ostendit: vbi sunt festa parata. Eleganter enim textus inquit, Rebecca dixisse, est apud nos spaciosus locus ad manendũ, quasi diceret: est apud nos, cænaculũ grande

y iij grande

manduca
rent pas
chæ

Genes. 34.

grande stratum: vt festus in eo dies agatur. Ergo cum est desponsandus Isaac, locum desponsationis, puella lagenam aquę portās ostendit.

1. Regū. 9.

¶ Rursum. Cum est inaugurandus regno Saul, puellę lagenam aquę portātes, locū vbi Samuel cōmoretur, & vbi sit eo die solēne epulum celebraturus, demonstrant. ¶ Adde & illud: quōd

Ioānis 4.

Samaritana lagenam aquę baulans, Christo in Samaria locū parat. Vbi Christus panē spiritualē, id est, animas Samaritanorū dulcissimē comēdit.

Lucę. 22.

¶ Nunc verō Christo cęnatura cum discipulis suis: & desponsationem cū Ecclesia celebraturus (vt Isaac cum Rebecca:) & sui regni spiritualis primordia in vitro (vt alter Saul) homo lagenā aquę portans, locum vbi hęc festa celebrentur, ostendit. An nō tibi hęc res aliqua, grādis & grauis, notari videtur? Age si quid datur intelligi, proferamus in medium.

Cantic. 1.

Nihil apud mortales esse grauius potest, quā scire: vbi Christus sua peragat festa. In ea enim re nos dicim⁹ errare Iudeos, Mauros, Paganos. Quia videlicet, alibi credūt festum paschale peragi, quā reuera peragatur. Nec immerito angitur sponsa, a sponso requirēs. Indica mihi vbi pascas: vbi cubescere vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Sunt certē omnes homines hominis Christi sodales: quorū multi (vt infideles) vagantur errantes: dum inquirunt, vbi Deus pascat, & cubet? vbi, s. sua celebret festa? Rogat propterea enixius sponsa: Indica tu mihi vbi pascas? ne errem cum alijs errantibus. An non grauisima res est, quam Apostoli cum spōsa requirūt: vbi pascha celebret Christus? Igitur lector tecū cogita: nihil potuisse maius a Christo requiri, quā vbi parabitur tibi pascha: vbi es festum tuum celebraturus: vt te ibi reperiamus? vbi es Ecclesię desponsandus: regno inaugurandus: & sunt homines ad tuam fidem conuertendi? ¶ Huic quęstioni respondet Dominus. Ite ad eum, qui lagenam aquę portat: ille docebit, vbi erit pascha celebrandum. Vbi fateor Moysen, per lagenam aquę portantem, posse significari. Siquidem Moyses lagenam aquę frigidę portat. Christus verō aquā hanc in vinum spiritus feruidū conuertit. Lex enim vetus, per literam, aqua frigēs est. Lex noua per spiritū, mustum est feruēs. de quo dictum fuit: quōd non debeat vinum nouum in vtres mitti veteres. Moyses igitur lagenam aquę portat. Et ipse vbi Christus sit festa habiturus ostendit. Ita enim dicit Dominus: Si crederetis Moyse, crederetis vtiq; mihi. De me enim ille scripsit. Quā causa, post resurrectionem suam volens Dominus discipulis ostēdere, omnia quę ipse gesserat, fuisse a Mose monstrata: incipiens a Mose, interpretabatur illis omnes scripturas, quę de ipso erant.

Ioannis. 3.

Actorū. 2.

Mathę. 9.

Ioannis. 5.

Lucę. vlti.

¶ Fateor etiam per lagenę portitorē significari Prophetas. Hi enim Christi mysteria sub figuris (quasi aquam sub lagena,) portabant. Et hi vbi Christus esset cęnaturus, & pascha suam cele-

braturus, prenuntiabant. Prędixit enim Isaias Christum facturum conuiuium pinguium medullatorum: conuiuium vindemię defecatę: nō in aliquo loco priuato: sed in monte. Videlicet, in monte Syon. Et forsan prędixit id ipsum Dauid, dicens. Apud te laus mea in Ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum. Vocauit Ecclesiam magnā, cęnaculum illud grande: vbi cęnauerunt discipuli, cum Christo. Nec enim poterat non esse magnum: quod Christum capiebat. Figurauit etiam cęnaculum istud grande, solarium illud, in quo Saul a Samuele conuiuio susceptus est. Significatur ergo Prophetę p portitorē lagenę.

¶ Sed iudicio meo, is qui lagenam aquę portabat, maximē designauit prędicatores Euangelicos: qui thesaurum prędicationis portant in vasis fictilibus. vt sit virtus non eorum, sed Dei. Prędicatores illos, qui sunt vasa electionis, sicut Paulus. Prędicatores illos, qui de plenitudine Christi acceperunt, non aquam terrenā ex puteo Samarię, sed qui hauserunt aquas de fontibus saluatoris. Quorum venter non est, quasi mustum absq; spiraculo, quod nouas lagūculas dirūpit: vt erat venter Helii: sed potius ventrem habēt vnde flumina fluunt aquę viuę. Vides ne homines lagenas aquę portantes? An non lagenā aqua plenā portant, qui animam eruditione cęlesti, sanctitate diuina, potentia supernaturali (quā miracula faciant) habent repletam?

¶ Igitur si quis requirit, vbi Christus sua festa, suūq; epulum instituat, hos prędicatores aqua diuina plenos sequatur. Hi docebunt, hi demonstrabunt, vbi Christus suam pascha manducet.

¶ Planē demonstrabunt cęnaculum grāde stratum, id est, sanctam Ecclesiam catholicam. Hęc cęnaculum est, grande est, stratum est. Grande quia per totum orbem diffusum. stratum, quia omnibus donis, omnibus gratijs, omnibus diuitijs spiritualibus refertissimum. Cęnaculum verō, quia in eo cęnamus ad vesperam (in obscuritate fidei, non in lumine glorię) quā suavis est Dominus degustātes. Vespera succedit nox: nocti, dies. Ita Ecclesię nostrę succedet iudicij nox. Post iudicium verō æternitas glorię. Ergo sancta Ecclesia cęnaculum est, grāde, & stratum.

¶ Porro quia Ecclesia ex hominib⁹ cōstat: quiuis nostrū (cum verē pius est) cęnaculum est, & grāde, & stratum: Planē cęnaculum. Nam, inquit,

Si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum, & cęnabo cum illo. Si anima est, vbi Christus cęnat, igitur cęnaculum est. Et si ipsum Christum ad se venientem, & in ea manentem recipit, profectō cęnaculum grande est. Et si omni virtute exornatur, profectō cęnaculum, grande, stratum est.

¶ Quis non videat stratum animam, cui nulla virtus deest: si enim vna desit, tota perit. Qui enim offendit in vno, fit omnium reus. Quis non videat grandem animum, qui Dei & proximi amplissi-

Isaię. 25.

psalm. 23.

1. Reg 9.

2 Cor. 4.
Actorū. 9.Ioannis. 4.
Isaię. 12.

Iob. 32.

Ioannis. 7.

Marci. vlt.

Roman. 10.

1. Corin. 15.

Psalm. 33.

Mathę. 25.

Apocal. 3.

Ioānis. 14.

Iacobi. 1.

2. Corin. 6 plissimadilectione prorogatur? Dilatamini inquit Paulus, & vos. Quis nō videt grandem animum totius mundi contemptorem: cœlestium desideratorem? imō qui in cœlis iam habeat cōuersationem? ¶ Si igitur in alicuius animum incidit dubitatio: vbi nam veritas religionis sit? Vbi Deus cum suis delectetur, & gaudeat? en discipuli Christi, lagenam diuinę virtutis portantes Ecclesiam demonstrant, & cuiusuis animum. Quasi dicant: Si vis nosse vbi Christus delectatur, si vis cum eodem delectari, Deo animum tuum aperi, vt in illud intret. Ita enim cœnaculum erit. Dei & proximi charitate, & dilectione animum extende, vt grande non angustum cœnaculum habeas. Omni demum virtutum lapidibus tuum animum sterne, vt cœnaculum grāde & stratum fiat. Hęc si feceris: & non inuenieris Christum tecum epulantem, cœnantem, & sua festa celebrantem, tunc te deceptum conquerere. Sed res firma est: Intrabit Dominus in cœnaculum tuū: gustabis, & videbis: quā suavis est Dominus. Mirabitur & dilatabitur cor tuum: dices. Meliora sunt vbera tua vino. Dices, quā suavis est spiritus tuus Domine, super mel dulcis: Dices, testimonia tua desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum: dulciora super mel & fauum. Dices, species sponsi est vt Libani, electus vt cedri. Guttur eius suauissimum, & totus est desiderabilis. Tunc intelliges quā verē dixerit Euangelista ita inuenerunt, vt cōstituit illis Iesus. ¶ Porro quia in Apostolis, in predicatoribus, & in quibuslibet sanctissimis viris, non est spectandum: quales ipsi aliquādo fuerint, vt inquit Paulus: sed quales eos virtus effecerit diuina: ideō Dominus dicit: *Ite ad quendā: non nomen, non personam, sed lagenam aquę portantem explicasse contentus. Vt tu in predicatorē, non nomen, non genus, aut proauos requiras: in vase fictili diuinam virtutem portantem, inuenisse contentus.*

Et edentibus illis dixit, vnus vestrum me tradet. Quid est quod inter epulas, id est, in die bono, & tempore festo: mentionē tam tristē immiscet de proditore? Nunquid in tempore conuiuij, luctus est permiscendus? Et equidem etiam post resurrectionem, in cœlum ascensurus, discumbentibus vndecim discipulis, eorum incredulitatem exprobrat. Itaq; sicut in die malorū iubemur memores esse bonorum: vt horum memoria dulcis, illorum temperet acerbitatē: ita in die bonorum Christus facit nos memores esse malorum: vt horum recordatio dulcedinem temperet illorum. Sumus in seculo vbi nihil est purū: vult igitur Christus, nos memores esse quod in hoc seculo simus. Nam & Paulo datur stimulus carnis, ne magnitudine bonorum extollatur. ¶ Sed illud maximopere Christus (de proditore loquens) nos admonere voluit, quod ad Sacram Eucharistiam accessuri, nos probemus & examinemus. Audientes enim discipuli verbum il-

lud: vnus vestrum me traditurus est: statim singuli mentis suę latibula perquirunt, & velut accensa lucerna, domū animę totā euertunt: vt videant, si proditoris vel micam in se reperiant. Quā est sapiens Christus! quā scit, velut aliud faciens, quę maxima sunt nobis infigere. Sciebat Christus necessarium esse sacram communionem manducaturō, vt se ipsum probet: vt sic de pane illo edat: Eam probationem Ecclesiam nunc docet: non verbo, sed quod potius est, re ipsa, adeō graui. ¶ Quod autē Dñs dixit: Vnus vestrum me tradet, prefiguratum erat: quando Abimelech parauit cōuiuiū ex panibus propositionis fugienti Dauidi. Intus, inquit hystoria, in tabernaculo erat Doeg, potentissimus pastorum Saulis. Prodidit ille Dauidem, prodidit & Abimelechē: quā fuit ratione Abimelech vita priuatus. Ita in hoc sacro cōuiuiō adfuit Iudas potentissimus pastorū: erat enim qui inter pauperes Christi discipulos, ditior erat: Hic prodidit Christū: qui quatenus erat rex, significabatur in Dauid: quatenus verō erat sacerdos, prefigurabatur in Abimeleche. ¶ Discipuli audientes Christi verba dicentis: Vnus vestrum me traditurus est. *Contristati valdē, ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum Domine?* Hic sunt aduertēda nō nulla. Primum: Nihil debet animū Christianum valdē contristare, preter id: quod prodit Iesum: sicut contra nihil debet letificare gaudio magno valdē, nisi inuenisse Iesum. Hoc nos Reges Magi docuerunt. Qui videntes stellam, gaui sunt gaudio magno valdē. vidētes se in stella reperta, Christum reperisse. Illud nos sancti Christi discipuli in hoc loco demonstrant, contristati valdē, quod ex eis vnus esset in Christum peccaturus. Quid mirū si letetur homo Deū inueniens, doleatq; amittēs: quando Deus ipse hominē amittēs dolet, inueniens gaudet? An non Pater ille prodigo filio reperto letatus est, & letitię sue signa in tota domo monstrauit? An nō pastor ille qui vnā ex centū ouibus amiserat, cū reperit, super humeros imposuit, dicens: Cōgratulamini mihi, inueni ouē, quę perierat. Dolorē igitur de oue amissa, gaudium ostēdit de inuenta. Sicut & dolorē angelorum (si phas est ita loqui:) cum perimus, demonstrat gaudiū eorū: cum pœnitemus. gaudiū enim est coram angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiā agente, &c. ¶ Secundum aduertendū est. Quod discipuli, non sua contenti conscientia, Christum interrogant. Nunquid ego sum Dñe? Poterat planē quilibet illorum, nihil sibi conscius, credere se esse iustificatum. Et ideō securē ad Dominicam cœnam accedere. At nō ita faciunt. Sed nihil sibi fidentes, Christo se probādos obijciūt. Docentes neminem in propria causa integrē se posse probare, sed necesse esse, in re tam graui, alterius stare iudicio. Suo igitur facto, Pauli explicant verbū dicētis. Probet se ipsum homo: & sic de pane illo edat. Probet inquit se: non

y iij quod

Luc. 25.

1. Corin. 1

1. Reg. 21.

1. Reg. 22.

Ioanis. 12.

Mat h. 2.

Luc. 15.

Eodem.

Eodem.

Eodem.

1. Corin. 4

2. Corin. 11

Probet

quòd sit probatio integra: se ipsum examinare. Id enim est probationis initium: cuius integritas ex Confessoris probatione, & approbatione dependet. Igitur Apostoli probant se, nò suo solo iudicio, sed Christi. Docetes, nos etiam probare, non nostro solum examine: sed Confessoris, qui Christi in Ecclesia vicem gerit. ¶ Tertiò aduerte: quanta esset Christus apud discipulos auctoritate. Sciebant in corde suo, se nihil contra Christum peccasse: at in cordis secretissimis, potius credunt Christo, quàm sibi. Potius scire Christum sciunt, quàm ipsi sciunt. Credunt itaq; oculos Christi esse sole lucidiores: quibus nota sint, quæ nobis in nostris secretis sint occultissima. Verè Paulus: Sermo Dei viuus, penetrantior omni gladio ancipiti: pertingēs vsq; ad diuisionem animæ & spiritus: compagum quoq; & medullarum, & nulla creatura est inuisibilis in conspectu eius. ¶ Illud etiam aduerte: quòd post mentionem de prodicione, de flagellis, de cruce, de morte: adhuc Christum discipuli Dominum vocant, docentes: verbum crucis & prodicionis, licet pereuntibus sit scandalum, & stultitia: tamē his qui salui fiunt, est virtus Dei. Ita & Christus etiã prodit⁹, licet pditori sit occasio ruine: at veris discipulis est causa salutis eterne. Discipulis interrogatibus, nūquid ego sum? respōdet Dñs. **Qui intingit mecum manum in catinum, hic me tradet.** Certum verò est, ideò nos offam in catinum intingere: vt offa quæ sicca esset in sua uior, dulcior fiat intincta. Habes igitur hanc rem prænuntiatam in psalmis. videlicet, quòd nò solum Iudas, qui cum Christo erat, Christum proditurus esset: sed quòd etiam intingeret cū Christo panem. Nam psalmus inquit. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos. Non dixit, qui simul mecum capiebas cibos: sed qui simul dulces, id est, intinctos capiebas cibos. ¶ Sed quid est, quod, cui intinctum panem Christus porrigit, hic Christum diuendit? vide obsecro: Deus aperit manum suam, & implet omne animal benedictione. Dat igitur cunctis Christus cibum: sed alijs cibū dat siccum: alijs intinctum. Pauperibus cibum præbet siccum: diuitibus intinctum. Pauperibus cibū præbet insuauem: diuitibus dulces porrigit cibos. At hi sunt, qui Christum frequētius prodūt. Incrassatus, n. est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorē suū, recessit à Deo salutari suo. Neq; enim sine causa Doeg ille malus, dicitur potentissimus pastorum Saul, & item non sine causa dicitur Agag (ille rex iniquus) quod esset pinguisimus. Nec immerito Saul pauper, summus est inter Israëlitas: at cum diues est, & velut intincto pane suscepto, fit malus. Imò & David cum pauper est, Deo tenacius heret: cum ei intinctus panis porrigitur, à Deo per culpam diuellitur. ¶ Video tamen hoc Christi verbū clericos pres-

fius mordere. Nos enim sumus, qui non manū solum, sed os ipsum in catinū, imò & in ipsum Christum inserimus. Quiq; panem cœlestē, cœlesti vino tinctum accipimus, & nos sumus, qui maximè Christum prodimus. Docet nos etiã Christus suo sermone aliud, quod aduertamus. N. Nemini etiam coniunctissimo, esse fidendū omnino. Cauere oportet ab eo etiam, qui adeò est familiaris, vt in nostrum catinum intingat. Sanctè igitur Deus per Micheam dicit, Nolite credere amico: nolite cōfidere in duce: ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurget aduersus matrem, nurus aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Et quasi respondens Propheta homini interroganti, cui erit fidendum? addit. Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meū: audiet me Deus meus. Addit Dominus.

Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Ego verò aueo icire, cur nò dixit Christus, filius quidē hominis crucifigitur, moritur: sed vadit? Primum, indicauit eo verbo: se non cogi, nò portari ad victimam: sed sua voluntate, & suis gressibus ire. Secundo cum dicit vadit, seu transit: alludit ad phasē, id est, transitū. Quasi dicat: Filius hominis suam phasē facit, ex Ægypto huius seculi, in cœlestem hereditatem (veram terram promissionis) idq; festinanter, vt lex olim mādabat. Tertiò dicit vadit, seu transit: vt verbum Sponsæ verificet. Illa dixerat: Ecce iste venit saliens in montibus, & transiliens colles. Et ppter ea, similis est dilectus meus capræ, hinnuloq; ceruorū. Profecit istis verbis Christi vitā explicauit: Descendit saltu vno è cœlo in virginis aluum: alio saltu è virgineo vtero in seculum. Tertiò saltu in functionem prædicatoriam. quarto in crucem. quinto in limbum. sexto iterum in mundam. septimo demum in gloriam eternitatis. An nò verè caprea est? An non verè psalmus vigesimus prim⁹ (qui est de Christo) de cerua matutina inscribitur. Demū, hoc vita priorū ab impiorū vita differt: Illa, n. vadit, ad anteriora se extēdēs: ad destinatū eternitatis brauiū. Sed hæc nò vadit, peccare, n. nò ire est, sed retrocedere, imò & cadere. Nā dictū est: Ideò nò resurgūt impij in iudicio: si nò resurgūt, ceciderāt igitur. ¶ Absoluit Dñs hanc periodū dicēs: Vt homini illi, per quē tradetur: bonū erat ei, si natus nò fuisset. Iā est doctoribus digladiatio: quī fieri possit, vt sit meli⁹ nò esse, quā esse. Siquidē esse est quædā cōmunicatio deitatis. Esse, n. creatū est quædā participatio esse diuini. Quomodo ergo nò esse, poterit esse melius quā esse? quod vt minimū quædā est mica, quædā gutta, quidā radius diuinitatis. Ad hoc nò alia ratione ego respōdeo, quā admirabūd⁹: qd' tā sit miserū illud esse, qd' in gehēna habēt dānati, tā est illud esse iſe-lix & triste: vt nò esse, qd' alioqui nullā boni rationē habere pōt, meli⁹ sit, q̄ illud esse tātope ex Deo

Eccli 23

Hebrco. 4

1. Corin. 1

Hebrco 5

Psal. 54

psalm. 144

Deuter. 32.

1. Reg. 21.

1. Reg. 15.

2. Reg. 12.

Michea. 7.

Eodem;

Exodi. 12.

Eodem.

Canti. 2.

Philipp. 3.

Psal. 3.

+ No esse soto 4.

Deo p̄ficiētes. Nō pōt nō esse pessimū, illud esse, quo meli⁹ est nō esse, qđ nullo mō bonū esse pōt. In finitē malū est. quo nihil est meli⁹. Sed pergam⁹. ¶ **ET cœnātibus illis accepit Iesus panē.** Hic primum admonemur: nunquam nos ita conuiuīis debere indulgere, quin res in illis sacras non nihil tractemus. Iure enim Episcopis mandatur, vt dū edunt, lectionem audiāt sacrā. Id quod religiosi obseruatur. Merito igitur Paulus dicit: Qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui vtūtur hoc mundo tāquam non vtantur. p̄terit enim figura huius mūdi. Similiter ergo qui edunt, tāquam non ædentes: rebus sacris intendant. Ideo enim enim Christ⁹ cœnātibus Sacra mysteria cōmunicat. ¶ **Quod si excitaturus Lazarum gratias agit dicens. Pater gratias ago tibi, quod exaudisti me: quanto nūc potius gratias aget, per sacram Eucharistiam non vnum, sed multos mortuos excitaturus?** Nam ad sumptionem Eucharistię, quot annis multi mortui excitantur. Et ipsa Eucharistia ab attrito sumpta, si is se credebat ad eam sumēdam idoneū, mortuū illū suscitāt. ¶ Sed nota: accepit inq̄ Iesus Panē. Nō hīc accepit aurū: aut argentū: non cœli massam: non manna. sed panē, & vinum. ex veteri vino & pane: nouum panem, nouumq; vinum efficiens. **Mysteriū hīc subest.** Pane enim & vino hominum vita continetur. Panis siquidem cor hominis confirmat, & sustentat. Vinum cor lætificat. Igitur in pane & vino vita hominis est. Vbi ergo panis & vinū vetera sunt: vita vetus est. Vbi verō panis & vinū noua proponuntur, vita etiā noua proponitur. Vbi verō nouus panis, nouumq; vinū accipere iubemur: nouam etiam vitam, nouum cor, nouamq; hominē p̄stare p̄cipimur. **Intelligamus ergo Christiāni, quibus dictum est accipite, & comedite panem nouū, & vinū nouū: nō iam nos iuxta Adā veterē victuros: sed qđ, sicut portauimus imaginem veteris Adā, ita nunc portare oportet nouam noui Adā vitā, vetera enim transferunt. ecce noua facta sunt omnia. Nolite ergo cōformari huic seculo. Vetus enim est. Sed reformamini in nouitate mentis vestrę.** ¶ Nota etiam, quod & si **Christus non conuerteret panē, & vinum, in corpus & sanguinem suum: sed simpliciter, ex suo nobis, & pane, & calice communicasset: id esset plenissimum sui amoris testimonium.** Cum enim Nathā Dauidi indicare voluisset: q̄to pauper ille suā ouē amore p̄sequeretur: nō potuit eū amorem ampliori ratione monstrare, quā dicēs: ouis illa erat, de pane illius (scilicet pauperis) comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens. Ergo vehemētissimū vehementissimi amoris argumētū, nobis Christ⁹ mōstrasset: suū si nobis panē & vinū dedisset. quāto igitur vehemētius, qđ vltra id, etiā corpus suū, & sanguinē p̄buit? Sed age grauissima p̄sequamur.

Accipite inquit & comedite. **HOC EST CORPVS MEVM.** Est autem Deus verax: licet omnis sit homo mendax.

Roman. 3.

at profectō mendax Deus esset: si dicens hoc esse corpus suū: reuera id quod discipuli acceperūt, & comederunt, non esset corpus realiter, & verē suū. Dominus inquit. Accipite & comedite. quod enim vobis do, accipiendū & comedendū: reuera corpus meū est. Ergo quod illi acceperunt, & comederunt, reuera corpus Christi est. Rumpantur licet heretici. ¶ Dices. Quid mōstrat p̄nomē, hoc? Si enim monstret panem illum, qui eo momēto nondum erat cōsecratus: iam patet, eū non esse corpus Christi. nō igitur verificamus quod, hoc sit corpus Christi. Respōdeo, à te vicissim requirens. Cum Christus dixit: Lazare veni foras illud nomē Lazare, quē vocabat? vocabat ne mortuū, an viuū. Si dicas, vocabat mortuum. quia eo temporis instanti, nondū erat Lazarus viuus. Si ita dicas, fiet vt Lazarus non prodierit viuus, sed mortuus. Vocatur enim mortuus, quomodo p̄dibit viuus? At certē si dicas vocatum mortuū, prodisse viuū, dicam & ego tibi, panem esse in primo instanti verborū, mortuum: sed in vltimo instanti panem prodire viuū. Si verō dicas: nomen illud vocasse Lazarum viuū: licet illo p̄cto, quo verbum p̄ferri cœpit, mortuus esset: cur igitur non id ipsum de hoc pane existimas, quod licet eo temporis puncto sit panis mortuus: vocari tamē, vt viuus sit? ¶ Vrgeo te & alio exemplo. Cum puellę iacentis, & mortuę manum accepit Dominus: dixitq;: Puella tibi dico, surge. illud p̄ nomen tibi, quid demonstrabat? Mortuā ne puellam, an viuā? Non quidem viuā, nec enim eo temporis p̄cto vivebat. Si mortuam monstrat: mortua ergo surget. Quod si monstratur illa res, siue illa substātia iacens: cur nō permittes nobis, vt idē nos dicamus de illo pronomine hoc? Certē quā tu elaberis: viam nobis, quā elabamur, aperuisti. Nescio verō an planissimē, & vulgarissimē ita intelligere liceat. Accipite & comedite: hoc. n. à vobis comedendum, est corpus meū. vt demonstratio non referatur ad id quod in primo prolacionis momento existit: sed ad id quod in vltimo prolacionis tēpore aderit. Est apud Astures vinū, quod domi vile est, & austerū: sed vbi per maris vndas trāsuehitur, generosissimū fit, & suauissimū. Iā rogo te: Si tu ex Asturibus amico tuo Romę consistēti, tuū mittas vinum: an non rectē ei scribes. Mitto tibi vinū generosissimum? Rectē profectō. at demonstratio non est vini pro tempore quo mittis: sed pro tempore quo est accipiendum: ita igitur & Christus dicit: accipite. hoc quod à vobis suscipietur, cum suscipietur, corpus meum est. Abraham vocat se puluerem, & cinerem. non quod puluis tunc esset, quando id dicebat: sed quia puluis erat futurus. Cur nō etiam hoc dicetur corpus, quod in vltimo prolacionis verborum articulo, corpus erit? Ieremias dicit: Terra, terra, terra, audi verbum Domini. homines vocat terram: quia erant in terram conuertendi. & tu non pateris: vt Christus hoc vocet corpus suū, quod tam breui in corpus cōuertetur?

Ioannis. II

Mathæ. 9.

Genes. 17.

Ierem. 22.

y v tetur.

Exodi. 7. tetur? In Exodo dicitur: Proiecerunt Magi Pharaonis virgas, quæ conuersæ sunt in dracones: sed deuorauit virga Aarô, virgas eorû. Cur vocat textus virgâ Aarô, quæ reuera tûc, cû deuorauit virgas Magorum, virga nō erat, sed verus serpens erat? Aliô qui nō deuorasset, si solû virga fuisset. Si vocatur virga, quæ breui erat in draconē vertēda: cur nō itē hoc vocabitur corpus, qđ breui corpus erit? ¶ Si Theologissimis hominib⁹ hæc, vt minus acuta, non placuerint, habēt quæ Sancti retrò dixerūt, habēt etiâ hæc in Scholis disputata. Et equidē cōueniamus: qđ accipimus, & māducamus corpus, & sanguinē Christi verissimē, quid verò demōstret illud hoc, etiâ si nō intelligā, nō ideò mysterio nō credā. ¶ Grauius tamē se offert cōsideratio, Cur Dñs dicat: Accipite, comedite. Hoc est. n. corpus meū? Causam accipiēdi, & comedēdi sufficiētissimā visus est Dñs adduxisse, hoc solo, quod illud esset corpus suū. At profectò, ea nō integra comedēdi causa videtur: imò fugiēdi potius. quis. n. corpus edat humanū? imo quis nō vereatur & adoret potius corpus diuinū: quā accipiat aut māducet? Nā olim cū eam rem pposuisset discipulis Dñs, multi ex eis abierunt retrorsum: verētes Christi carnē māducare, & eius sanguinē bibere. At Christus nullā aliā, aut maiorē, aut vrgētiore vt māducaremus, adducere causam voluit quā illā: quia suū corpus esset. ¶ Aggrediamur latētes in his verbis causas explicare. ¶ Et prima quidē illa est, quā supra Dñs dixit: Vbi cūq; fuerit corp⁹, cōgregabūtur & aquilæ. Nulla maior aquilis, vt veniāt ad māducādū, causa est: quā si eis corpus obiiciatur. Vbi. n. corpus est, aquilæ adsunt māducaturæ. Si nos igitur aquilæ, (quarū est in arduis nidus: quarū est in celis cōuersatio.) nulla adferri maior ad accipiēdū & māducādū ratio potest: quā si offeratur nobis corpus. Accipite igitur aquilæ, māducate. en vobis corpus. Et si aquilæ estis diuinæ: en vobis corpus diuinū. quia est corpus meū. Si odorē corporis non sentitis, est forsā, quia aquilæ sacræ non estis. ¶ Altera ratio est, quā Paulus habet, in hæc verba. Nemo vos iudicet, in cibo & potu, in parte diei festi, neomeniæ, aut sabbatorū, (q̄ sunt vmbra futurorū: corp⁹ autē Christi.) certē cibi illi, potus illi antiqui: illud s. māna: ille agnus paschalis vmbra erāt: figura erāt. Oīa. n. cōtingebāt illis in figura. Figurarū porrò illarū veritas, vmbRARUM illarū corpus, est corpus Christi. Si igitur Iudæi illi, qui nostri fuerūt figura, accipiebāt manna, & comedebāt: qđ tamē erat vmbra corporis Christi necessariò infert Dñs. Accipite vos Christiani, q̄ estis corpus vmbRæ p̄cedētis, accipite & māducate corpus meū: qđ est corp⁹ illarū vmbRARUM Iudaicarū. Si illi vmbRatilē māducabāt agnū: & vos verū huius vmbRæ accipite corp⁹. ¶ 3. Ratio habetur ex Paulo: qui frequēter illa similitudine corporis & mēbrorū delectat⁹, Multi, inquit, vnū corpus sumus in Christo. Et itē: Oīa mēbra corporis, cū sint multa, vnū tamē corpus sunt: ita &

Christus. Ergo oēs nos sumus mēbra vnus corporis Christi. Quod verò mēbrū est, qđ nō vehementissimē cupiat corpori suo hærere & cōiūgi? Mihi. n. (ait Psaltes) adhærere Deo bonū est. Si igitur qui accipit corpus Christi: velut membrū, corpori suo vnitur, an nō meritò Christi⁹ inquit: accipite & comedite, hoc est. n. corpus meum: ac proinde est totū, cui pars sua debet vniri. ne si in me nō māleritis, mittamini foras sicut palmas, & arefcētes colligamini, & in ignē mittamini. ¶ 4. Ratio habetur ex Mose. qui ita p̄cipit. Omnis masculus de Sacerdotali genere, in loco sancto, vescetur his carnibus, quia sanctū sanctorū est. Et loquebatur de hostia p̄ delicto, (quæ victima, & holocaustum erat. vt in principio eius capitis Moses dicit.) Ergo qui de gnere erāt Sacerdotali p̄cipiebātur edere de carne, seu corpore victimæ, hostiæ, holocausti, quod p̄ peccato Deo offerebatur. Cū igitur nos simus regale Sacerdotiū, ad nos hoc p̄tinet p̄ceptū. Siquidē igitur Christus est hostia p̄ delicto, est itē holocaustū, & victima Deo Patri oblata. iure meritissimo Dñs dicit: Vos qui de genere estis Sacerdotali, imo & diuino. (nā & genus Dei sumus: vt Paulus dicit.) accipite, & comedite corpus meū, quod victima vestra, & hostia vestra est. ¶ 5. Ratio est. Mortales, corporales vos estis. nō nisi corporalia queritis. En offero vobis corpus, qđ omniū corporū vim habet, & perfectionē. Accipite igitur & comedite. Si Māna habebat in se omne delectamētū, & oīs saporis suauitatē: & ideò magna ratione edebāt ex illo Iudæi: an nō æquius est Christianos, ex illo corpore māducare, qđ omniū corporū est eminentissimū? (Id. n. Dñs dicit, cū ait, accipite hoc. n. est corpus meū.) Si meū, ergo Deificatū, ergo diuinū, ergo eminēter omnē cōtinēs perfectionē. ¶ 6. Rationē habet Dñs, cū dicit: Ego sum ostiū, p̄ me si quis introierit, saluabitur. ingredietur, & egredietur: & pascua inueniet. Quæ verba iuxta Sanctorū expositionē id nobis ostēdūt: qđ Christus secundū Deitatem est animarū beatitudo: in q̄ ingrediētes animæ beata fœlicitate pascētur. At idem secundū corpus, est corporū beatitudo. Vidētes. n. oculi nostri corpus facerrimum Christi, beati erimus. Eia igitur Christiani accipite corp⁹ meū. iā ex nūc beatitudinē vestrā incipite. & qđ vidēdo nō potestis, comedēdo exordimini. Visio corporis mei beatitudinē vestrā perficiet in celo. Comestio igitur corporis mei beatitudinē vestrā incipiat in terra. Certē impij sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. Pij ergo cōtrā sicut oves in Ecclesia positi sunt, vita depascet eos. & ipsi vitā depascēt. At corpus Christi, carō que illa est vitalis & viuificatrix. vt Patres nostri in Concilio Ephesino, & Chalcedonio decreuerunt. ¶ Demum, corpus Christi non solum est cibus Christianorum, sed est templum: est turris: est ciuitas refugij: est clipeus: est petra: & alia innumera. Est enim templum quod in tribus diebus solutū, reedificatū est. Est turris foritu

1. Cori. 12.

Psal. 72.

Ioānis. 15.

Leuiti. 7.
Eodem.

1. Petri. 2.

Actoru. 17.

Sapic. 8.

Iānis. 10.

Psal. 48.

Ioānis. 2.

fortitudinis à facie inimici. Est ciuitas refugij: cui dicit Dauid: Esto mihi in Deū protectorē, & locū refugij: vt saluū me facias. Est clipeus omnibus sperantibus in se. Est petra refugij herinacis. Ergo Christiani accipite: hoc est corpus meū. est templum in quō ingressi audiamini. Est turris in qua ab inimicis defendamini. Est ciuitas refugij, in qua à morte saluemini. Est clipeus sub quo abscondamini. Est petra ad quā cōfugiatis. ¶ Has rationes verecūde adduxi: intelligens multo maiores in illis Christi verbis latere. Eas illi adducāt, qui maiori lumine illustrātur, & maiore ingenio polent. Video. n. Christū illā dictionē, enim, dixisse: qua causas afferret, nos ad manducandū impellentēs. Vbi verò Dominus de corpore suo dixit, de sanguine subdit.

Ita dicitur in. ca. cum Marthē. de celebrati. Mis. & distinguēdū. in fine.

vt habetur eodem ca. cum Marthē. citato.

Zacha. 9.

Jerem. 25.

Eodem.

1. Cor. 10.

Bibite ex hoc oēs. Hic est. n. calix sanguinis mei: novi & aeterni testamenti: mysteriū fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur: in remissionem peccatorum. Scio Mathēū non hęc oīa verba retulisse: sed quia S. Ecclesia fatetur Christū in cœna hęc oīa dixisse, idcirco sine dubio credo, fuisse ab eo plura. quā causa libuit, vt possē illa referare. ¶ Et in primis necesse nō est, denuō cōtendere, an sub specie vini, verus Christi sanguis cōtineatur. Vt enim credimus, sub specie panis corpus Christi latere: ita credimus sub specie vini, Christi sanguinē cōtineri. Vt vetus Prophetia verificetur: quæ ita in laudem Ecclesię nostrę decantauerat, Quid. n. bonū eius est, aut quid pulchrū eius: nisi frumētum electorū: & vinū germinās virgines? Quasi diceret: Nihil in Ecclesia melius, nihil in ea pulchrius, quā panis ille sacer: nō panis naturalis (qui brutorū est): sed vera Christi caro, quæ est cibus electorū: & vinū, nō naturale, (in quo est luxuria.) Sed vinū sanguinis Christi, quod ad eō alienū à luxuria est: vt potius virginitatē & faciat, & nutriat. Hoc igitur cōstituto: relictiis iis quæ Scholę tractāt Theologorū, in vna re immorari libet, scilicet cur Christus dicat: Bibite ex hoc oēs, quia est calix sanguinis mei. &c. id est, Properate mortales. bibite. causas bibēdi vobis nūc explico. bibite, quia est calix sanguinis mei. &c. Respōdeo, meritissimē nos à Christo inuitari, ad sui sanguinis potū: causæ. n. quas hoc loco Christus adduxit, nos ad bibendum vehementissimē cogunt. ¶ Causa prior est: bibite, quia est calix sanguinis mei. Olim Deus Ieremie dixit: Sume calicē vini furoris huius, de manu mea: & propinabis de illo, cūctis gētibus: ad quas ego mittā te. bibēt: turbabūtur: insaniēt, à facie gladij, quē ego mittā inter eos. Et accepi calicē de manu Dñi & ppinaui cūctis gētibus. & infrā. Hęc dicit Dñs exercitū: Bibite & inebriamini, & vomite. cadite, neq; surgatis. &c. En furor Dñi per calicē significatus vagabatur, & grassabatur per oēs homines. in oēs Dei ira sequebat. Oēs. n. peccauerūt. Nūc Christ⁹ inquit. Si bibistis ex calice furoris Dñi, mortales: bibite ex calice benedictionis Dñi. (ita. n. calicē Christi Paulus vocat,) at benedicere Dei, benefa-

cere est. Iam ergo offerēs vobis hūc calicē Deus: non furorē qui malū inferat: sed sanguinem, qui vobis benefaciat, subministrat. ¶ Quod si mulier quæ super bestia sedet, habēs poculū aureū, plenum abominatione, & immūditia, calicē suū gētibus ppinat, & inebriati sunt, qui habitāt terram de vino pstitutionis eius. Cur nō etiā inebrietur fideles de calice, quē Christus illis amantissimē ppinat? ¶ Iam si lector rationis huius efficaciam nō penetras, eā tibi Psaltes explicabit, dicēs: Paraasti in cōspectu meo mēsam aduersum eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meū: & calix meus inebriās, quā preclarus est. Silētio Psaltes calicis dignitatē, potius quā verbis indicauit. Quā preclarus est? Non tamē tacuit, quod calix esset inebriās. & quod esset preclarus. Quod verbū alij trāstulerūt. Calix meus, est ad summū vsq; plen⁹. Quasi dicat nihil ei deesse potest, vt sit à nobis amādus & suspiciēdus. ¶ Altera causa est, quia calix est sanguinis mei, explicat hęc rationē Moses cū dicit: Anima carnis, in sanguine est: & ego dedi illū vobis: vt sup altare meū expietis, p animabus vestris. & sanguis p animæ piaculo sit. Ideo enim dixi filiis Israël, Oīs anima ex vobis nō comedet sanguinē, & infrā dicit: Anima oīs carnis in sanguine est. Et licet Sancti animā hoc loco accipiāt p vitam: nobis tamē vt cūq; accipiatur, mysteriū aperit. Dicēs. n. Christus accipite, est. n. calix sanguinis mei, dicere voluit, accipite & bibite calicē animę meę. calicē vitę meę. id est. Vitā meā, animā meā accipite. o rē inauditā: sed quæ omnes impleat scripturas. Nā Moses dixit: Dilige Dñm Deū tuū, illi obedias, illi adhæreas. Ipse. n. est vita animę tuę. Est igitur Deus vita animę nostrę. Quis verò est, qui vitā suā nō querat? En igitur vitā nostrā nobis in calice Christus largitur. Rectē ergo, bibite. Calix. n. sanguinis mei est vitā meę. quæ vita mea, vita vestrā est. accipite ergo vitā vestrā. Salomō dicit: Qui me inuenerit, inueniet vitā. Est ergo Deus vita nostra. Quæ vita est in calice sita. bibite ergo eā. Paulus dicit: Viuere mihi Christus. Si igitur cupis viuere: en in calice vita. Dominus dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Hęc vita in sanguine est. hic sanguis in calice. Accipite ergo calicem. bibite, vt bibentes sanguinē, bibatis vitā. ¶ Nec sine mysterio phibētur Iudēi bibere sanguinē: Christiani verò eū bibere iubētur. Primū, quia lex illa vetus, nō erat lex vitę gratiæ. Ergo qui sub lege erāt, à vita arcētur. s. quātū ex lege est: quæ vitā nō dabat. At lex Christiana est lex spiritus, & vitæ. ideō vitam accipere monētur, q sub lege Chriana viuere volūt. Secundō iubentur Iudēi sanguinē non bibere. s. brutorū. Iubētur Christiani sanguinem bibere. s. diuinum. Vt intelligant omnes vitam suam Deū solum esse, nihil præterea aliud. bibant igitur vitā diuinam. nō bibant aliā quālibet vitam secularē. ¶ Profectō Paulus dicit: Nolumus vestrā, sed vos. Idem ferē Sponsa dicit sponso. Dilectus meus mihi. quasi dicat. Quid mihi est in cœlo, & à te quid in cœlo, et terra, nisi? volo volui nisi te.

Apoca. 17.

Eodem.

Psal. 22.

Si preclarus, igitur non est ebrietas vulgaris & turbulenta, sed vt diuina, ita clarissima.

Leuit. 17.

Deuter. 30.

Prouer. 8.

Philipp. 1.

Ioan. 15.

Leuit. 17.

Hebræ. 10.

Roman. 8.

Ioannis. 6.

Cantic. 2.

Psal. 72.

volui super terram? Quid igitur o Sponsa cupis? Deus cordis mei, & pars mea Deus. Si igitur Deus est pars tua, i. pars hereditatis tuę: idem erit pars calicis tui. Ita. n. Psaltes: Dominus pars hereditatis meę, & calicis mei. Deus igitur est in calice. En Sponsa quod optas. Optas vnicę Deum: Is in calice tibi propinatur. ¶ Tertiã rationem adiecit Christus in illo verbo. *Novi testamenti.* Quam rē licet omnes dixerint, non piget amplius explicare, explicabo eam tamē ex Paulo, & ex Mose. Hi dicunt, qđ lecta lege Dei corā Iudæis, quā Deus bona temporalia pmittebat, si legem servassent: mala temporalia minabatur, si violassent: ea pmissio testamentū dicta est, quo Deus Iudęos bonorum temporalium heredes instituebat. Contra, Iudęi Deo suo obedientiam promiserunt vocatq; promissio testamentū est: quo Iudęi Deum cultus & obedientię heredes esse voluerūt. Porro quia testamentum non est firmum, nisi mors intercesserit testatoris: necesse erat (vt promissio & Dei, & Iudęorū firma esset,) Deum & Iudęos tūc mori. Quod quia fieri non poterat, adductus est sanguis animalium & effusus est super altare: significans Deum mortuū: vt cuius sanguis effunderetur, effusus etiã est super populum, eū iam mortuū representās. Hac igitur representatione Dei, & populi mortui, testamentum vtrumq; firmum euasit. Hęc fuit veteris testamēti cęremonia. Simili ratione, (licet non figurata, sed vera) suū testamētū Christus ordinavit. Nos si obedierimus, eternorum bonorū heredes instituit. Cōtra Christiani, obedientię nostrę Christū heredē facimus. En testamentū. Id vt firmū sit, non sanguis vitulorum affertur, sed sanguis ipsius testatoris, quē ipse bibēs, se suo sanguine resperfit, se mortuū representans. Nos verō etiã eū sanguinē bibētes, eo sanguine respergimur & sic mortui videmur. Testamentum est ergo vtrinq; firmum. Sed quia reuera in lege veteri Deus non est mortuus: sed mortuus representatus: idcirco priori testamēto resciso, aliud ordinavit. Iudęi etiã quia mortui verē non fuerunt, testamētum sepe violarūt. At in lege nostra, quia reuera Christus mortuus est: idcirco aliud testamentū non ordinabit. nos verō quia verē mortui nō sumus (licet p baptismū & Eucharistiã mortui representemur) idcirco sepius in e testamētū violamus. Sensus ergo rationis Christi est: Bibite & respergimini hoc sanguine, quo ego vos eternitatis heredes, vos me obedientię veitrę heredem institui. Nos tamē: vt qui eterna despiciamus, vt q̄ aliis obedientiã & amorem tribuimus, rationis huius efficaciam non sentimus. At si gaudet pauper, quod præter spē, regni temporalis scribatur heres: quā deberet gaudere Christianus, cū Christi sanguinē bibit quia tunc regni cęlestis heres decernitur? ¶ Porro quia bona in hoc testamento pmissa eterna sunt: & qui pmissit, reuera mortuus est, necessario fit: vt sicut testamentū nouum vocatur, quia priori successit: ita & eternū dicatur, quia mors interces-

sit testatoris. ¶ Quata ratio docetur in eo verbo: *Mysterium fidei.* Et quia mysterium secretū sacrū est, nescio an sit imprudentia secretū aperire: qđ in ipso vocabulo, Dominus videtur voluisse esse secretū. Fieri verō potest: vt ego secretū hoc non attingam, & p̄ alio aliud dicā. Sicq; secretū secretō manebit. Secretum verō hoc videtur Paulus aperire dicēs: Pontificem summū semel in anno, in sancta sanctorū introire, idq; cū sanguine: quē Deo offerat, pro sua populiq; ignorantia. Quod ego sic intelligo: Pontifex sanguinē illū offerēs videbatur hac sentire. Ego, inquit, & populus peccauimus: mortemq; pro peccato meremur. O igitur Deus omnipotens, en sanguis brutorum, vice sanguinis nostri, placare igitur sanguine isto, ac si sanguis noster à te fusus fuisset. En hac est figura. Veritatē eius nunc accipe. Christus introiuit semel in cęlū: vera sancta sanctorū. Introiuitq; non sine sanguine: non alieno, sed suo, quē offerat pro nostra (non p̄ sua) ignorantia. Ita dicens: Pater iuste, peccauerūt omnes homines: hos ego nunc in me, vt caput membra, cōtineo, merebantur illi pro peccato mortē. En ipsi in me, & ego p̄ eis, sanguinē fundunt & vitam. Tu nūc eis esto placatus. Si n. singulos tua iustitia p̄ peccatis eorum occidisset, tu iam placatus fuisses: at non singuli in se, sed omnes in me sunt occisi. tuã igitur propitiationem requiro. Hoc est mysterium fidei nostrę. Quod Christo moriente, omnes mortui sumus, & Christus sanguinem secum in cęlū abducens, Dei placationē & ppitiationē nobis impetrauit. Accipite ergo calicem sanguinis: quo mysteriū illud veitrę placationis, & pacis peractū est. Cū. n. sanguis brutorū minus valeat, quā humanus: nō potuit Deo ab homine oblati, Deū homini recōciliare. Ideo Christus Patri dicit: hostiã & oblationē noluisti. corpus autē aptasti mihi. (in quo. s. oēs homines essent: & quo occiso, oēs viderētur occisi) holocausta p̄ peccato nō tibi placuerūt: tūc dixi ecce venio: vt faciam voluntatē tuã, vt. s. te hominibus placabilē reddā. Hoc igitur est mysteriū, quo vetus testamentum ablatū est: nouū est institutū: Iustitię diuinę satisfactū: homines Deo recōciliati: eterna redēptio inuēta. ¶ 5. Ratio habetur in illo verbo qđ subiicit Dominus: *Qui pro vobis & pro multis effundetur.* Quod Petrus explicauit dicens. In timore conuersamini: scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis, de vana veitra conuersatione: sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi. Quę verba sic intellige. Propter culpam, quam omnes cōmissimus, debebamus Deo pœnam: non aliam quā eternam: non aliam quā in inferno: non aliam quā à demonibus infligendam: non aliam quā carētiã diuinę visionis, cum pœnis aliis infinitis. Postea verō quā Christus sanguinē nobis dedit, diuites sumus: vt pœnam quam debebamus in corpore, & anima, soluamus in cre. scilicet in sanguine Christi. Quem Patri offerentes, pretiū reddimus

Psalms. 39.

pars calicis
mea ex diu
In altero
Tomo.
Hebræ. 9.
Exodi. 24.
accipit
calicem
bona vna
lam parte

Hebræ. 9.

Roma. 6.

Hebræ. 9.

Hebræ. 9.

Eodem.

Roma. 5.

Roman. 12.

Ioanis. 17.

Roma. 3.

Psalms. 39.

Hebræ. 10.

Hebræ. 9.

I Petri. 1.

reddimus, quo à pœna nostris culpis debita redimimur, & liberamur. Vt enim qui non habet in ære: luit in corpore: ita qui in tam digna habet moneta: eam soluendo liber euadit. Accipite igitur calicem sanguinis mei: pretium redemptionis vestrę, & thesaurum infinitarum diuitiarum: quo infinitas quas debetis pœnas soluatis. Ita planè cū baptismū accipimus, Christi sanguinem accipimus: quem pro omni pœna, quam debebamus soluamus. Et cum sanguinem communicamus in Eucharistia, licet non omnè pœnam soluamus peccatis nostris debitam, bonam tamen eius soluimus partem. Accipite igitur sanguinem, qui p vobis, (id est, vt sit pretium vestrę redemptionis, vtq, vos ipsum p vestris debitis soluatis) effunditur. Porrò, quia non solum Christi sanguinis effusio ad solutionem pœnæ peccatis nostris debita valet, sed etiam ad alia multa bona. idè in illo verbo pro vobis & pro multis effunditur, alia ratio significatur. ¶ Sexta ratio in dicto verbo talis docetur. Res est gloria infiniti valoris. Gloria enim est, Deum ipsum in æternum possidere. Regem in decore suo videre. Inebriari ab vbertate domus Dei, & eius torrente voluptatis potari. Filios Dei esse, & similes esse Deo. Pretiū hęc omnia valent infinitum. Sunt enim infinita. Vnde igitur homini pecunia infinita, vt ré cõparet infinitam! Pauper enim homo est, & in laboribus à iuuentute sua. egeus, inquit rex quidam, & pauper sum ego. Vnde ergo pauperi thesaurus infinitus, vt gloriam emat infinitam! Huic anxietati responderet Dominus. Accipite sanguinem meū, quia enim meus est, infinitus est. Deitati scilicet infinitæ vnitus. hoc infinito pretio, quamlibet rem infinitam comparare poteritis. ¶ Et vt infinita vno verbo complectamur: audi, quid sancta dicat Ecclesia. Supplices, inquit, te rogamus omnipotens Deus: vt quotquot ex hac altaris participatione, corpus & sanguinè sumpturimus, omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur. Quasi dicat: Damus tibi pecuniam, quæ omnem benedictionem valet, & gratiam: tu interim da quod emimus. Id vnice rogamus: ne indignitas nostra impedimento sit, ne non reportemus, quod tanto pretio comparauimus. ¶ Septimam rationem adiecit Dominus dicens: *In remissionem peccatorum.* Quam Paulus ita declarat. Si sanguis hyrcorū, & taurorum, & cinis vitulæ conspersus, coinquinatos sanctificat, ad emundationem carnis: quāto magis sanguis Christi (q̄ semetipsum per Sp̄m sanctū obtulit immaculatum Deo) emundauit conscientiam nostrā, ab operibus mortuis. Hinc habes, qd̄ sicut sanguis brutorum, olim inquinatos sanctificabat, solum in carne: ita sanguis Christi à nobis susceptus, animam inquinatā sanctificabit, in spiritu. At sanctificatio esse nō potest, sine peccatorum, quo ad culpā, remissione. Igitur sanguis Christi à nobis acceptus nostra peccata remittit. Accipite igitur sanguinem meū, qui vobis vestras culpas remit-

tat. Ergo vt Theologicè rem hanc definiamus: Finge, ad Eucharistię Sacramentum hominem accedere, non contritum, sed attritum. (qualem Concilium Tridentinum definit.) Credit ille tamè, se probatū accedere: licet reuera culpa mortali inquinatus accedat. Accipit sanguinem Christi: hic sanguis efficit in illius hominis anima gratiam, & iustitiam, qua eius peccata remittuntur, delentur, & expiatur. Ita enim maiores nostri dixerunt, quod hoc Sacramentum viuificat mortuos. Attritos scilicet, nōdum contritos. Alioqui: si necdum attritus quisquam accedat, iudicium sibi manducat, & bibit. Hoc igitur est quod Ioannes dicit: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, in sanguine suo. Et Paulus: Quē p̄posuit Deus propitiatorem per fidē, in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitię suę: propter remissionem p̄cedentium delictorum. Vbi quod dicit, ad ostensionem iustitię suę: probat ea, quę nos in in quarta supra ratione deduximus.

¶ Vide verò rerum vicem cõuersam. Olim spurcitia, sordes, & peccata sanguines vocabantur. Ita enim Isaias dicit: Manus vestrę sanguine plenę sunt, id est, peccatis. Et Dauid inquit: Libera me de sanguinibus, id est, culpis. Si igitur sanguis olim erat culpa: sanguis nunc est remissio, purgatio, & delitio culpæ. Rectè quidem: quia cum sanguis significet vitam, & animam: omnis verò anima olim (quantum erat ex lege) erat immunda. Omnes enim declinauerunt, non est qui faciat bonum: inquit Dauid. Et Paulus addit: Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Fit Planè: vt olim sanguis significaret sordes. At nunc cum anima, vita, & sanguis Christi sint purissima: rectè hic sanguis emundabit nostra delicta. Habes lector, quantum per exilitatem nostri ingenij licuit, explicatas rationes, quas Christus, vt nos ad suum sanguinem bibendum prouocaret, adduxit.

Addit in fine institutionis huius Sacramenti: *Amen dico vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec illud vobiscum bibam nouum.* Vbi tria mihi se offerunt dicenda. ¶ Primum, significasse Dominū: quod hoc Sacramentum accipiant, qui sunt proximi morti: qui iam non bibent de hoc genimine vitis. Idè enim dixit: Nō bibam amodo de hoc genimine: vt doceret, quod morti vicini, qui spe carent bibendi de vite, hoc sacramentum accipiant. Videlicet accepturi remissionem peccatorum, redemptionem pœnarum, pretium cœli, &c. Ergo sicut iter facturi, parant vtrem vbi vinum secum portant: ita facturi vltimum iter, in anima vinum cœleste secum abducant. ¶ Secundum, significauit Dominus: quod accipiens vinum hoc supernaturale, sub specie vini naturalis, in hoc seculo, bibet de eodem vino, (licet nouo,) cum Christo, in seculo futuro. Id enim dicit: Non bibam de hoc, donec vobiscum illud bibam nouū. Ergo qui piè cõmunicant Christū per hoc Sacramentum in hoc seculo, communi-

Sessi. 3. sub Iulio. c. 4. fo. 4. c. Soto. 4. fo. 1. Vi. sanct. Thom. 3. par. quart. 79. art. 3. 1. Corin. 11. Apocal. 1.

Roman. 3. Eodem.

Isai. 1. Psalm. 50.

Psalm. 13

Roman. 3.

583. co. 2 Soto. 4. Sanguis fuit beatificæ fructiois Precium

Isai. 33.

Psalm. 35.

1. Io. 1. 3.

Psalm. 87.

Psalm. 69.

Hebr. 9.

conc. 4. 1. 1. 7. can. 50.

cabunt eidem (licet nouè) in æternitate. & merito quidem, qui nunc per viuam fidem velatum recipit Christum, idem per speciem, eudem recipiet reuelatum. ¶ Tertium. significauit Dominus ad hoc Sacramentum maximè necessariam esse charitatem: procul longissimè odium. Dicit enim, donec vobiscum illud bibam. Omnes sunt simul, bibituri, vt inter amicos fieri solet, q ad eadem mensam, ex eodem vino, eodem vase, eodè animo bibituri conueniunt. Ideò enim non cõbibium dictum est: sed conuiuium. quasi notando, eos qui simul bibunt, ex eodem vino: simul viuere eadem vita. Quibus verò non idem cor, eadem anima, eademque vita est, hos non debere ad conuiuium simul bibituri conuenire. Idque maximè, vbi vinum ipsum, vita est. quale est sacrum hoc vinum.

Aduerte, multo maiora Christum de sanguine, quã de corpore explicasse. De corpore enim simpliciter dixit: Accipite, hoc est enim corpus meum: quod pro vobis tradetur. De Sanguine verò longe plura: quod scilicet esset calix noui, & æterni testamèti, & reliqua. Huius causam esse arbitror, quia cum in sanguine anima sit: (vt Moyses dixit:) loquens Christus de sanguine suo, loquitur etiam de anima sua, deque vita sua. Quæ quia multo pretiosior est corpore, idcirco multo sublimius de ea, quàm de corpore, nos intelligere voluit. Ideo enim ferè semper cum de passione loquebatur, de anima sua loquebatur. Vt cū dixit: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quã vt animam suam, ponat quis pro amicis suis. Et item: Potestatem habeo ponendi animam meã, & iterum sumendi eam. Et item: Venit filius hominis ministrare, & dare animam suam, redemptionem pro multis. & bonus pastor animam suã ponit pro ouibus suis. Vt enim quicquid Deo demus, nisi animam demus, nihil damus: etiam si tradamus corpus, itavt ardeat. (Dicit enim Dominus: qui non odit patrem & matrem &cet. ad huc & animã suã nõ est meus discipulus) ita quicquid nobis Christus det, nisi animã suã det, quæ in suo sanguine est, non videtur redemptio plena. ¶ Dices: Ergo suades populos sub vtraque specie communicare: vt sit redemptio perfecta. Respondeo minimè id à me persuaderi. Ecclesiæ enim Romanæ filius sum: à qua nec latum vnguem discedere est animus. Et ad dubium sat responderet Lyranus, quòd etiam plebs sanguinem bibit: nõ in se, sed in Sacerdotibus. Respondent alij quòd quandoquidem sub specie panis, adest Christi sanguis, anima & diuinitas, qui corpus nunc recipit, etiam sanguinem recipit. Immoratus sum plus nimio, in huius Sacramenti explicatione. Finiam si quedam adiecero.

Primum est: In prima mundi institutione, dantur homini herbæ in escam. Ita enim Dominus inquit: Dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna: vt sint vobis in escam. Mundo postea per diluuium destructo, nouoq; succedenti, dat Do-

minus carnes in cibum. Ita enim dicit: Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis. Mũdo verò terreno per Christum velut abolito, & nouo spiritali renascenti: non iam vel herbæ, vel pecudes datur in cibum: sed ipsemet Deus. Videlicet, quanto magis mundus procedit, infirmior est: ac ideo maiora requirit alimenta. Vetus domus fortiora exigit fulera. periculosior infirmitas pretiosiora requirit medicamina.

¶ Secundum: Cum Ioseph fratres suos inuitauit, nihil aliud dicitur eis apposuisse, q panẽ. Ita. n. lota facie egressus dixit: ponite panes. quib9 positis seorsum Ioseph, seorsum fratrib9, seorsum Ægyptiis, (licet nihil nisi panem textus adferat,) addit tamen, quod biberunt & inebriati sunt. Vbi significatur conuiuium hoc sacratissimè Eucharistiæ. quod licet panis solum nominetur, omnè tamè in se cõtinet cibum. Quare qui hunc panẽ dicit, omnem cibum dicit. Significatur etiam, ex hoc pane, Christum comedisse, & viros pios, & etiam malos. diuerso tamen effectũ. Ideo dicitur: quod seorsum Ioseph, fratribus, & Ægyptiis, panis appositus est. Tertiò significatur: quod hic panis vim habeat inebriandi. Nec enim textus dicit: appositum esse vinum. sed solum panem appositum. ¶ Tertium: Pavit Deus Iudeos in deserto manna. id vocabant panem Angelorum. & panem de cœlo. Erat igitur ferè necessarium: vt Christianos factos Angelicos, spirituales, & ferè diuinos pasceret Deus pane Angelorum: non iam figuratiuo, sed verò. & pane cœlesti, non iam vmbra, sed reali. Et sicut nullum nomen quædravit illi cibo Iudeorum, nisi manna: quid est hoc? ita Christus ei interrogationi, quærenti quid est hoc? respondit. Hoc est corpus meum. Quod licet nominetur nomine corporis, & sanguinis mei: tam verò est admirabile, vt verius ei, quam antiquo cibo, nomen conueniat admirationis. Quid est hoc? Etenim & hominum & Angelorum hoc corpus trãscendit ingenium. Cumque & homines & Angeli hoc Sacramentum vident, quo plus intelligunt plus admirantes dicunt, quid est hoc? Ea vero omnia, quæ in illo manna spectabantur, multo sublimius spectantur in nostro, quæ ne prolixior sim prætereo.

¶ Quartum est: Quod Psalmus 110. totus agit de Eucharistia. Confitebor inquit tibi Dñe in toto corde meo: corã omni Ecclesia sancta. quia video magna operatua. exquisita, ad voluntatem tuã, non ad capacitatem nostram. Opus planè magnum confessio, qua Angeli tibi in cœlo confitentur. Magnum etiam, magnificentia, qua benefacis nobis in terra. Magnum item iustitia, qua malos punis in inferno. Sed verò vnum opus tuum est, quod est memoria, summa, catalogique mirabiliũ tuorũ. Si qd opus sit nosse desideras, illud est. Escã dedit timètibus se. nõ escã naturalem, q dat bonis & malis: iustis, & iniustis: sed escã quam memor est testamenti: nõ veteris sed noui. quod in suo

Supra 94.
ff. co. 2.
reconciliare
fr.

Leuiti. 17.

Ioannis. 15.

Math. 2. 20
Ioanis. 10

1. Cori. 13.

Luc. 24.

Ioannis. 6

Genesi. 43

Numer. 11.
Psalm. 77.

Ioannis. 6

Psalm. 110.
In consil.
iust. & cõgregat.

Confess.
& magnif.
opus.

Memoriã
fecit mirabiliũ suo.
Memor er. in eter. testamen.

Genesis 1.

Virtu. op. in suo sanguine pepigit. Escā quę sit virtus, & po-
 suorū an- tentia maior omni opere suo. Escā qua datur hæ-
 nu. pop. vt reditas cœli cunctis gentibus, si illę volent. & c.
 des illis hę
 sedi.
 2. Cor. 13. Quintum est: Habet hæc verba Zacharias. 1.
 2. Cor. 13. Sanabo contritiones eorum: Diligam eos spon-
 taneè. 2. Ero quasi ros Israël: germinabit sicut li-
 05cc. lium: erūpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius,
 14 & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt Li-
 bani. 3. Conuertentur sedentes in vmbra eius. Vi-
 uent tritico. & germinabunt quasi vinea: & me-
 moriale eius, sicut vinum Libani. Hactenus Za-
 charias. Vbi prima oratio, ad Christi incarnatio-
 nem refertur: quā voluit sanare nostras contri-
 tiones, diligens nos spontaneè. Quod sequi-
 tur, refertur ad rorem prædicationis Christi, per
 quem Apostoli germinarunt, & facti sunt, vt ra-
 dix Ecclesię, quę inde sicut oliua gloriosa proces-
 sit: dans bonum odorem. Pars reliqua manifestè
 ad Eucharistiam refertur. Quam qui manducant
 in vmbra, non in luce Christi sedent. protecti ab
 eo, velut ab vmbaculo. Vivūtq; tritico cœlesti.
 Roman. 11. (iuxta illud: Panis quē ego dabo, caro mea est, p-
 mundi vita) germinat etiam, velut palmites viti-
 fuę adherētes. (manet, n. q. cōmunicat, velut pal-
 mes in vite.) Et demū, memoriale, testamētū, &
 memoria mirabiliū, est vinū nō Libani terrenę,
 sed æternę. ¶ 6. Est qđ Psaltes dicit: Erit firma-
 mentum in terra, in summis montiū. Quod equi-
 dem non nobis solum, sed etiam ipsis Rabinis te-
 stantibus de Eucharistia intelligi debet. Id enim
 illi ita verterunt. Erit placenta terrę, in capitibus
 montium. Placēta verò non est alia: quam hostia
 sacerrima: quę de terra sumpta est. de illa scilicet
 de qua dicitur. Erit fructus terrę sublimis. & item
 veritas de terra orta est. Illa ergo placenta, cum
 capitibus Sacerdotum imponitur, reuera est fir-
 mamentum terrę, in summis montium.
 ¶ Demū ego arbitror oēs locos veteris testamē-
 ti, qui de conuiuiis solennibus tractant: sacrum
 Eucharistię conuiuium figurasse. Vt conuiuium
 illud Isaię pinguium medullatorum. Conuiuium
 quod rex Israël, iubēte Eliseo Propheta, hostibus
 prius errātibus, postea illuminatis, magna pom-
 pa preparauit. Conuiuium Davidis, quod in so-
 lennitate Paschali, populo instruxit. & reliqua.
 Vereor enim ne de tanta re pauca dicens, mino-
 ra quam sentiam, sentire videar.
 Lucę. 3. Et hymno dicto exierunt in montē oliuarum. Hym-
 nus canitur Christo intranti in mundū. Hymnus
 ei canitur exeunti de mundo. Sed intranti canūt
 hymnū Angeli: exeūti homines. Videlicet, quia
 intranti ad vitam, canere debebāt illi, quibus est
 perpetua vita. Exeunti verò ad mortem, canere
 debent homines, quorum est continua mortali-
 tas. Sed mirum non erat, quod intrāti Angeli ca-
 nerent. Intrabat enim ad vitam Mirum verò est
 quod exeunti ad mortē, ipse sibi: & discipuli Ma-
 gistro, hymnum canant. Moriētes enim non ca-
 nunt hymnū: sed potius desunt mortē. Sed Chri-
 stus canit in vitę fine: & vult, vt sibi canatur in

morte. Vt cui mors, non erat ad mortem: sed ad
 vitā. Et cuius mors mortem nostram destruebat,
 & vitā amissam reparabat. Cuius mors erat mor-
 tis mors, & morsus inferni. Cuius mortē omnes
 præteriti mortui desiderauerāt: vt per eam om-
 nibus ad vitā redire liceret. Canit igitur Christus
 in morte: vt pote quā per totam vitam ardentis-
 simè desiderauerat. & coarctabatur, quia non ve-
 niebat. Canit in morte, vt ostendat canendum
 esse in ea morte: quę mortis prioris est finis, &
 vitę sequētis initium. Nihil habet mors pretiosa
 iustorum, quod non sit omnibus hymnis prose-
 quendum. Profectò non erat ille imprudēs mos:
 quo quidam eos flebant qui nascebantur, eos ve-
 rò solennizabant qui moriebātur. & illi quidem,
 non agnoscebant bona, iis qui in Domino moriū-
 tur preparata: qua causa erat illis flendum, vt qui
 spem non haberent. Nobis verò, Paulus in morte
 vetat contristari, imò inquit, consolamini in ver-
 bis istis. Verum tamen, quia non malum: imò na-
 turale est, homines in morte sua, vel suorum cō-
 tristari: idcō Christus vtrumque in se mōstrauit,
 & hymnum, & lachrymas. hymnum vt inuitaret
 ad gaudium: lachrymas, ne dammare videretur
 naturam. Vt si hymnus Christi multos discipulos
 habuit, qui vehementer lætarentur in morte: eius-
 dem lachrymę, multos excusent, qui dolēt, cum
 discedunt è vita. ¶ Quod verò ait: *Hymno dicto*
exierunt in montem oliueti, arce relicta Sionis: pri-
 mum indicat, eius mortem & passionem non so-
 lum Sioni valituram. neque enim passionis fru-
 ctus erant intra muros illius vrbs continendi.
 Secundò indicat: Passionem Christi in miseri-
 cordia (quę per oliuam significatur) exercen-
 dam. Non enim Christus passus est ex iustitię
 operibus, quę fecimus nos: sed secundum suā mi-
 sericordiā saluos nos fecit. Non. n. iustificamur,
 quia Christus suam nobis passionem debuerit:
 sed iustificamur gratis, per gratiā ipsius. Id enim
 Dominus testatum esse voluit cum dixit. nō vos
 me elegistis. sed ego elegi vos. Aliòqui, perditio
 nostra ex nobis est. Ex gratia enim saluamur, nō
 ex nobis, ne quis gloriatur. Tertiò etiā indicatur
 quod etiam si Eucharistiam susceperis, cum es
 morti vicinus: etiam si hymnum lætus cecineris:
 adhuc in montem oliuarum conscende, id est, ad
 Dei misericordiam, non ad iustitiam confugas.
 Si enim iniquitates obseruauerit Dominus, quis
 sustinebit? Ad montem igitur oliuę, non ad mō-
 tem gladij, seu ad thronum iudicis accedamus.
 Et Paulus ille qui repositam sibi esse coronam
 iustitię asseuerat, ita dicit: Adeamus ergo cum
 fiducia ad thronum gratię eius, vt misericordiā
 consequamur: & gratiam inueniamus, in auxilio
 opportuno. Quartò indicat: Eum qui pane cœ-
 lesti pastus est, & lætitiā à Domino accepit: quā
 exultans, Deo hymnum dixit: is non illico ad
 negocia se disturbet secularia: sed ad solitudinem
 accedat contemplationis: confusus, quòd à mon-
 te oliuę oleū exultationis accipiet. sed p̄gredior.
 Ait

5. 2. 8. 2.
 quid sit
 P. Reg. 6.
 Isai. 4.

Roman. 11.

Isai. 4.

Ioannis. 3.

Psalm. 71.

Isai. 25.

P. Reg. 6.

3. Reg. 6.

Lucę. 3.

1. Cor. 13.

Lucę. 12.

Psalm. 113.

Apocal. 14.

1. Thesa. 4.

Hebrę. 5.

Titum. 3.

Roman. 4.

Osee. 13.

Ephes. 2.

Psalm. 119.

2. Timo. 4.

Hebrę. 4.

Ait Dominus illis. Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Id mihi consideratione dignum occurrit. Cur scandalum passi sunt ea nocte discipuli? Cur sunt dispersæ oves, nondum pastore percusso? Ea enim nocte, nondum pastor, aut mortuus, aut flagellatus erat. auget mihi dubium deprecatio Christi ad Patrē: quā illud precatus est, non pro mundo rogo, sed pro eis rogo. Quid igitur, an non poterat pastor non percussus, suas à lupo oves præseruare? An nõ Pater, Filij loco, à Filio rogatus, seruare à præcipitio Apostolos quiuit? Responsio mihi prior occurrit. Tãtam esse scripturę veritatem, vt Deus, omnia faciat, omnia pmittat: quo veritas scripturę illibata seruetur. Igitur Scriptura dixerat: O framea, suscitare contra virum coherentem mihi, super pastorem meum. Percute pastorem, ò framea: & dispergentur oves. Hęc scriptura impleri debuit. Eam causam affert Dominus inquit scandalum patiemini. Scriptum est enim, percutiam pastore, & dispergentur oves. ¶ Sed equidẽ sacra Scriptura non rebus, vt fiãt, necessitatem imponit. Potius enim dicit: quod res eueniet: quam facit, vt eueniat. idcirco alia nobis quærenda ratio est. Hanc interim accipe. Christus non est ita singularis hõ, quin omnes homines in se claudat, vt caput mēbra: vt corpus partes suas. Ergo quod in Christo fit, in Ecclesia sua fit. Est enim Ecclesia vnum cū Christo. Si igitur Pater æternus concessit dæmonibus facultatem, vt in Christum irruerent, & omnem vim suam in eum exerent, consequens erat: vt patiente capite, passionem sentiret & corpus. Corpus enim non esset: si integrum esset, vbi caput iniuriis, & tormentis subiicitur. Ergo si tanta esset differentia nostri à Christo: vt est ouiu à pastore, poterat Ecclesia illesa manere, vbi caput lēioni erat subiectum: sicut oves possunt esse sanę, pastore percusso. Sed verba illa Zacharię. Percute pastorem, & dispergentur oves: tantam coniunctionem significarunt ouium & pastoris: vt pastore percusso, percussioni pateret & oves. ¶ Est alia etiam ratio: Per mortẽ Christi data est Ecclesię firmitas: vt posset esse columna, & firmamentum veritatis: vt portæ inferi non preuarent cõtra eam. Siquidem antè mortem Christi, antiquę legis status perseuerabat. Ac ideò, perseuerabat status legis infirmę & iam iam moriturę. Vt ergo significetur proripis status reprobatio, vt sequens statuatur: permisit Dominus suos etiam discipulos cadere. quo viderentur omnia (sacra virginem excipio) conclusa sub peccato, vt omnium Dominus misereatur. ¶ His adde omnes eas rationes, quas sancti adduxerunt, vt permittatur cadere Petrus: eã enim omnes in Apostolos reliquos quadrant. ¶ Neque verò propterea Christi fuit infirma precatio: imo valentissima. quæ Deum Patrem discipulis, tam fœdè peccantibus, conciliauit. nisi modo minus sit, mortuũ à morte reuocare: quã infirmũ, ne moriatur præseruare. Sanè permisit Deus Lazarũ mori. Poterat enim

qui oculos aperuit cæci nati, languetẽm à mortis viribus eripere. Sed maior apparuit excitatis, quam præseruantis potẽtia, & maior fuit oratio, quæ discipulos in incredulitatẽ, (quã illis postea Christus exprobrauit) præcipitatos, rursus in meliorem conditionem restituit: quam si eos necaderent detinuisset. Quia verò Christus suæ orationis efficaciam cognoscebat: quæ errantes & dispersas oves erat ad caulas reuocatura: ideò subiicit verba sequentia. ¶ *Postquam surrexero, præcedam vos in Galileam.* Vbi diuitias Christus suę benignitatis ostendit. qui non solum humiliũ viuens curam gerebat: sed iam gloriosus, immortalis, cuique erat data omnis potestas in cœlo, & in terra: suorum discipulorũ, qui cum in agone deseruerant: qui scandalum in eo passi fuerat: quos de incredulitate reprehenderat, vnica & singularissima cura prosequitur. Præcedam inquit vos. Pater filios. Magister discipulos. Dux milites. Põtifex Sacerdotes. Rex seruos. Caput mēbra. Pastor oves. Præcedam inquit vos, Ne timeatis vllum ex hominibus incommodum. Vt enim Angelus præcedens Hebræorum castra, eos ab omni timore, & incõmodo liberabat: ita & fortius ego, castra mea, Ecclesiã meam, præcedens, ab omni timore vos libero. Hic aduerte, apud Zachariam hæc fuisse prænuntiata. Nam vbi dixerat: Percute pastorem, & dispergentur oves. statim subdit. Cõuertam manum meam ad paruulos. Certum verò est, eõdem esse paruulos, ad quos manum cõuertet, qui oves erant dispersæ. Qua enim ratione Christiani oves sunt, paruuli etiam sunt. Sensus ergo est. Si framea percussit pastore: & oves sunt dissipatæ. at eadem ipse oves conuertentur Pastorem recipient suum: à quo in loco pascuæ collocabuntur.

¶ Aduerte 2, dictũ est: Præcedã vos in Galileam, nõ in Iudæã. Vbi notatur primo. Eã debuisse Christum immortalem videre: in qua fuerat primum mortalis genitus. & ibi eius immortalitas planè nuntiari: vbi fuerat primum pœnitentia (cui immortalitas promittitur,) prædicata. Galilæa gentium cum esset in tenebris, lux orta est ei. Vt illic orta est lux Euangelicæ prædicationis: ita & oritur lux æternitatis: quam prædicatio annũtiat Euãgelica. ¶ Nec debuit textus dicere: quod in Iudæam Christus suos præcederet. Vt enim Babylon, quia curata, sanata nõ est, ideò relicta est: ita & Iudæa Christi præsentia curata, & non sanata, relinquere debuit. & vitæ nouæ inchoatio Galilææ adscribitur: quasi cultus Dei, lex, religio, & præmia vitæ, è Iudæa in Christianitatem migrauerint. ¶ Petrus vbi Christum audit: quod omnes discipuli essent ea nocte scãdalizandi, in verba Christiano pectore digna prorupit. *Si omnes inquit fuerint scãdalizati, non ego.* Quæ verba, si dicantur a pectore suis viribus fidenti, sunt planè superba. At si dicantur à pectore, viribus diuinis nitenti, planè cuilibet sunt necessaria Christiano. Neque enim gratiam Dei habet, cui non fixum, & alta

Ioãnis 17.

Zacha. 13.

Roman. 12

Ioan. 17.

1. Timo. 3.

Math. 16.

Hebr. 7.

Roman. 11

Tomo reliquo.

Ioãnis 17.

Ioannis 9.

Ioannis. 21

Marc. 16.

Math. 16.

Exodi. 13.

Zacha. 13.

Math. 18.

Psalm. 22.

Isaiz. 9.

Ierem. 31.

inf. 399

& alta mente repositum sit, quòd & si totus mū-
 dus à Christo discedat, ipse tñ discedere nò vult.
 Etiam si angeli de cœlo aliud Euangelium affe-
 rant, à Christo discedetes: Paulus, non solū non
 discedit, sed anathema discedētibus intonat. Etiā
 si mors, vita, angeli, principatus, virtutes, instā-
 tia futura, & creaturę omnes, à Christo discesse-
 rint, & Paulum ab eo separare cētenderint, Pau-
 lus testatur, quòd id efficere nò poterunt. Et spō-
 sa fideliter dicit. Aquę multę non poterunt ex-
 tinguere charitatem. Et Christus dicit, cum so-
 lum virū esse cœlo dignum: qui ita super firma
 petra edificatus est. vt nulli neq; venti, neq; flu-
 mina, neq; alius impetus possint domū labefa-
 ctare. Ergo Petrus licet viribus suis immodicè
 fidens, fuerit superbè loquutus: at si diuinę opi-
 cōfidisset, planè verba Christiani hominis, prin-
 ceptis protulit Christianorum. Quid enim aliud
 est, diliges Dominum super omnia, nisi, quod
 ita diligas, vt omnibus scandalum patientibus,
 & negantibus, tu fidelis perseueres?
 ¶ Dominus verò, hominis immodicam fiducia
 taxat dicēs. *Amen dico tibi, antequam gallus cantet:
 ter me negabis.* Liceat mihi dicere, Christum esse
 gallum: si enim se ipsum asseruit esse gallinā, quę
 pullos suos velit congregare: quid mirum est, si
 sit etiā & ipse gallus? gallus noctu cātat, vt dor-
 mientes è somno excitet, & ociosos ad laborem
 inuitet. Quis tandem est, cui hęc officia quadrā-
 tius cōpetere possint, quàm Christus? Ipse enim
 in tenebris luxit, & ipse est, qui nos à somno ex-
 citauit: & ad opera cęlestia ipse nos inuitauit. Ip-
 se igitur est, quem gallus significat. Porro gallus
 hic bis canere solet: semel quidem cum auxiliū
 suum largitur sufficiens quidem, ne peccemus.
 secundò verò cum auxilium pręstat efficax, vt à
 peccato surgamus. Primum cātum, semper gal-
 lus hic canit: semper enim fauet, ne peccemus,
 si non peccare velimus: At si secundam vocem
 gallus dederit, à peccato peccator remouetur.
 Hoc igitur dicit Dominus. Antequā gallus qui
 ego sum, secundam vocem dederit, quā à tuo te
 peccato remoueā, tu ter me negabis. Vide qua-
 les sint, hominis etiam iusti, proprię vires. Igitur
 si historiam spectes: Petrus ter negauit, vel certè
 ter negare cœpit, antequā gallus naturalis pri-
 mam vocem dedisset. Si verò mysteriū aspicias:
 Petrus à negatione non abducitur, donec gallus
 figuratus secundam vocem efficacem: quā à pec-
 cato Petrum reuocauit, cecinisset.
 ¶ Petrus ad verbum Domini respondet. *Etiā si
 oportuerit me mori tecum, non te negabo.* & similiter
 omnes discipuli dicunt. Et similiter omnes Christia-
 ni, de Dei auxilio fisci, dicere debent. Et ego ar-
 bitror Dominum hęc verba dixisse: vt hunc ani-
 mum in Christianis necessarium esse doceret.
 Docuit enim discipulos suos, eo animo prædi-
 tos esse debere: vt si oporteat cū Christo mori,
 non eum negemus. Id enim significat verbū il-
 lud. Qui vult venire post me, abneget se, tollat

crucem: vbi mecum moriatur, si oportuerit, po-
 tius, quàm neget. Id significat cum dicit Domi-
 nus: qui non odit etiam animam suam, non po-
 test esse meus discipulus: id est, qui non est pa-
 ratus vitā fundere si oportuerit, antequam ne-
 get Christum, non est discipulus Christi. Ergo
 Christiani via regia incedamus: non declinemus
 ad dexteram, neq; ad sinistrā. Sinistra est Chri-
 stum velle negare. Dextra est, tuis viribus fidēs
 velle non negare. regia via est, Dei viribus nitē-
 do, nunquam Dominum negare. Cum enim vi-
 ta Christiana donum Dei sit, nemō eam potest,
 nisi ex Dei dono, pręstare.

Tunc venit Iesus cum illis.

PRIMUS locus à me tractandus est, cur Domi-
 nus venit in villam, quę dicebatur Gethsema-
 ni, id est, vallis pinguis? Cuius illa prima ratio
 succurrit. Tauri, & boues in sacrificium Deo of-
 ferendi, afferri ex vallibus soleant. Et ex valle pin-
 gui, pinguis sacrificia expectantur. At Christus
 taurus est, de quo dictum fuit. Tauri mei & atri-
 lia mea sunt occisa. Hic taurus post noctem suę
 sacrę cœnę, erat in sacrificium offerendus. Deus
 autem vult sacrificia seu holocausta pinguis, &
 medullata. Ideò ex valle pingui afferri debuit.
 Merito igitur ad vallem pinguem venit, vt intel-
 ligamus, ex ea holocaustum medullatū exiturū.
 ¶ Secunda ratio. Vt significetur: non quòd val-
 lis erat, sed quòd futura erat: vallis in se sterilis
 fuit: sed vbi ex Christi corpore, & corde, sanguis
 liquatus est, & vellut torrens defluxit in terram:
 terra in fœcunda, fœcunda facta est. Ex synago-
 ga reddita est Ecclesia: quę verè gratiā & scientiā
 pinguisima facta est. ¶ Quod si etiam syna-
 gogam locum pinguem appellare libet, videli-
 cet, quia Isaias eam, Cornu filium olei nuncupa-
 uit: tunc tertia ratio erit. Voluit Dominus ad
 synagogā, id est, vallē pinguem venire: vt inde
 ad mortē abduceretur. Neq; enim est phas pro-
 phetam extra Ierusalem perire. Est enim Ieru-
 salem quę occidit prophetas. ¶ Nescio verò,
 an Dominum venire in vallem pinguem, pin-
 gues & diuites admonuerit: ipsos esse maximè
 qui mortem Christo concilient: eorū enim pec-
 cata, & plura, & maiora sunt quā pauperum. Di-
 ctum enim est: Prodit quasi ex adipe iniquitas
 eorum. Si igitur peccata Christum morti adde-
 runt, profectò pingues & diuites maximè adde-
 gerunt. ¶ Demum, ad vallem pinguem venire
 voluit: docēs ex loco, qualis esset ille animus,
 qui pro nobis mortem optabat. Nec enim non
 esse charitate pinguisimus animus poterat, qui
 se tali morti obiciebat

Locus secundus est, quid significet, quòd Chri-
 stus cepit pauere & tēdere, ac dicere: Tristis est
 anima mea vsq; ad mortem? quid est, quod tam
 vehemēter angitur: vt in agonia fiat eius sudor,
 vt guttę sanguinis decurrentis in terram? quid
 est quòd tam acerbè doleat, vt roget Patrē, auer-
 tat ab

Lucæ. 14.

Deute. 28.

Ephesi. 2.

Mathæ. 22.

Psalm. 65.

Lucæ. 22.

Isaiæ. 3.

Mathæ. 23.

Psalm. 71.

Lucæ. 22.

Isaie. 9. tat ab eo calicem? Christus Dñs gigas, fortis, sapiens, Dei zelantissimus: nostri amantissimus, cur ita dolet, cum videt passionē imminere? Maxime cum passionem adeo ille optarit ardēter, vt dixerit. Baptismo habeo baptizari, quomodo coarctor, donec fiat. Ad hoc: ego existimo, salutē nostram in hoc Christi dolore fuisse monstratā. Tota nostrę redemptionis spes in hac Christi agonia versabatur. Hic erat vnus nostrę confidentię cardo, si Christus dolerē suū ita mōstrasset. Et quia sciebat Dñs hoc esse nostrę angustię solatium, & nostrę diffidentię anchoram: ea ratione omnibus modis dolerē suum testatū esse voluit. Hęc rē vt summā, explicare apertissimē cōteadā. ¶ Principiō, lex Dei est, nullū peccatorē sine pœnitentię dolore iustificari. Dicente Christo: Nisi pœnitentiā egeritis oēs simul peribitis. Mathæ. 4. Et item. Pœnitentiā agite: appropinquauit regnum cœlorum, id est, non aliter in vos veniet, nisi pœnitentiā egeritis. Ea etiam vox Ioannis Baptistę est: pœnitentiā agite. Eadē est Petri vox. Pœnitementini: & baptizetur vnusquisq; vestrū. Et 2. Corin. 7. Pauli: Tristitia quę secundū Deum est, pœnitentiā in salutē stabilē operatur, id est, non est salus stabilis, sine tristitia, quę secundū Deum est. Ergo firma lex est, si de peccato non doleo, seruari non potero. ¶ Secundō. Lex nature etiam docet: vt non quiuis dolor de peccato, peccatū delere possit. Doluit planē Iudas, quod Christū vendiderit. Doluit Saul quod Samueli non obediit. Doluit Esau, quod primogenita vēdiderit. Neq; tamen, inuenit pœnitentię locum, etiam si cū lachrymis eā quęssisset. Hinc ergo tota diffidentia, & desperatio nobis accrescit. Quod si scimus nos peccasse: neq; tñ scire possumus, an tanto dolore simus affecti, qui delere nostra crimina queat. Censent enim Theologi, dolorem debere esse summū, maximūq;: qui peccatū, cōtra summū maximūq; Deū, abolere possit. Quis verō ex se dolerē tantum habeat: quis ita dolere sufficiens erit? cum non simus sufficientes, cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Quomodo ergo dolebo, vt debeo: qui cogitare, vt debeo, non sufficio? ¶ Christus igitur qui caput nostrum est: cuius nos oēs membra sumus: dolorem quē nos ex nobis habere non poteramus, in suę passionis initio, pro omnibus nobis assūpsit. Vt iam confidamus, quod si per sacramēta Ecclesię, dolor ille suus nobis cōmunicetur, iusti & salui esse poterimus. Igitur in Gethsemani, Christus pro peccatis omniū nostrū dolet: pro peccatis omniū dolerē assūpsit: quem dolerē ego debebā, iā pręstitit ille. Egregiē hęc D. Thomas, in 3. parte docet, in hęc verba. Christus non solum doluit pro amissione vitę temporalis: sed etiā pro peccatis omniū aliorum. Qui dolor in Christo excessit omnem dolorem cuiuscumq; contriti: tum quia ex maiori sapientia, & charitate processit: ex quibus dolor contritionis augetur. Tum etiam quia pro omnibus peccatis

simul doluit. secundū illud, verē dolores nostros ipse tulit. Hactenus ille. Et infra. Christus voluit genus humanum liberare, non sola potestate, sed iustitia. Ideo non solum attendit, quātam virtutem dolor eius haberet, ex diuinitate vnita: sed etiam, quantum dolor eius sufficeret, secundum humanam naturam, ad tātam satisfactionem. Hęc ille. Vbi attentē audiendum est: quod pro omnibus peccatis Dñs simul doluit: & quod doluit tanto dolore, quantum requirebatur in quouis homine, vt eius culpa condonaretur. O doloris immensitatem: o dolerē ferē infinitum! An non est ferē dolor infinitus, qui pro singulis omnium hominum peccatis, voluntariē assūptus est? Quis credere potuisset, quod cor illud Christi delicatissimum, oēs nostros tulerit dolores? O Christe, verē magna est, sicut mare, contritio tua! Verē cōtritione magna contrita est virgo, filia populi nostri: plaga grauisissima vehemēter. Verē dixisti: vos qui transitis, attendite & considerate si est dolor, vt dolor meus? verē vir dolorum es, & sciens infirmitatē. ¶ Ita planē necesse erat, vt Christi dolor tantus esset: vt nobis fiduciam sperandę pietatis indulgeret. Quis enim veniam sperare potuisset, nisi Christum, iam pro nostris peccatis doluisse nouisset? iam nemo desperare aut frangi par est, licet infinito peccatorum pondere obruatur, cū sciat: Christum iam dolorem illis peccatis debitū assūpsisse: nihilq; aliud à peccatoribus requiri: quam quod dolor ille suus, nobis per sacramēta dignē suscepta, cōmunicetur. ¶ Cum ergo res summa fuerit, Christum tātum habuisse dolerē: cumq; tantopere nostra retulerit, eum illum habuisse: cumq; etiam adeo retulerit: vt nos sciremus, quod ille tantum habuerit dolorem. (quid enim proderet ad fiduciam nostrā, quod ille habuisset, si nos id ignoraremus) hac (vt existimo) ratione, omnibus argumentis Christus testatū esse voluit, se tantopere doluisse. Ideo enim ait: tristis est anima mea, vsq; ad mortem. id est, dolore qui mortem, non vni, sed mille hominibus afferre potuisset. Ideo etiam secundo ait. Pater mi, si possibile est, transeat à me calix. neq; enim poterat non esse calix acerbissimus, quem fortissimus ille heros, qui tam anxie illum optauerat, tā anxie efflagitat à se remoueri. ¶ Vt etiā omnibus esset apertissimus dolor ille à Christo, pro nobis assūptus: idcirco Petrū, Iacobū, & Ioannē testes doloris asciuit: vt in ore trium testium staret omne verum. Et ea ratione. semel, iterum, ac tertio vt vigilent admonuit: vt testimonium vigilantium certius esset. Et ea etiam ratione, voluit angelū de cœlo venire: qui eius doloris certissimus esset index & testis. siquidem ad eū in eo confortandum accesserat. Ea demum ratione sanguineum sudat fluorem: euidentis, summę anxietatis indicium. ¶ Planē Christus, cum ita dolebat, mulier erat, quę cum parit tristitiam habet. Pariebat verē tunc nos, & dolores partus vsque

Isaie. 53.

Ierem. 14.

Threnon. 1.

Isaie. 53.

vsq; ad mortem.

Deuter. 17.

Ioanis 16.

vsq; ad mortem perduravit: vbi morte matris, vitam acceperunt filij. Planè Christus in se maledictionem Eue suscepit. Cui dictum est, in dolore paries filios. factus est igitur pro nobis maledictum, vt nos ex legis maledictio redimeret. **Genes. 3.** Planè Christus erat pulchra illa Rachel: quæ Bè jaminum, (id est, filiū dextræ) paries, ex dolore, diem clausit extremum. Ita Christus nos paries: vt dextræ filios efficeret, præ dolore suâ sacerrimam animam effudit. Porro non immeritò dixit, tristis est anima mea vsq; ad mortem. Sciebat enim peccata quæ vsq; ad mortem in homine durant, esse periculosissima. Dictum enim est, mors peccatorum pessima: id est, peccatores qui vsq; ad mortis tempus peccant, morte morituri sunt pessima. At nihilominus peccator qui iam se mori videt, minimè desperet. Ideò enim Christus vsq; ad mortem doluit: vt etiam peccata vsq; ad mortem, remedium habere sciremus. Habebant verò remedium & veniam, si peccator, suo dolore dolorem Christi per Sacramentum aut eius votum participauerit. Nec id dissimulandū, quòd Christus doluit vsque ad mortem, vt sciamus, eos qui in tempore mortis dolent, non propterea dānari. Imperitū enim vulgus existimat, eos in infernum abire, quos anxie & dolenter mori conspiciunt. Contrā eos abire in cælum: quos placidè vitam finire cognoscunt. At non ita est, potest in cælum ire, qui in magnis angustijs, vitā absoluit. Vt de Ioanne Taulero memoriæ proditum est.

Locus tertius est. *Assumpto Petro, & duobus filijs Zebedei cepit contristari.* Varias habent hi tres Apostoli significationes. Primū enim: significat Petrus fidem: in Petri enim fide fundatur Ecclesia Christi. Significat Iacobus spem. Propter spem siquidem luctamur & contendimus. Significat Ioannes gratiam & charitatem. Meritò igitur Christus oraturus, & sudaturus, & tantopere laboraturus, assumit hos tres: Indicās, nullum opus sine his tribus, s. fide, spe, charitate, aliquid valoris habere. Sine fide enim impossibile est placere Deo: & sine spe, nemo saluatur. Spe enim salui facti sumus: & sine charitate, etiā si tradam corpus, vt ardeat, nihil sum.

Secundo tres illi Apostoli significant tres hominum status. Petrus enim significat Clericos. Iacobus vitæ actiue laborem: Ioannes contemplatiue quietem. Christus ergo assumpsit hos tres: vt proximi suæ adstarent passioni. Indicās se sufficienter, pro omnibus omnium hominū statibus sanguinem sudasse, & vitam fuisse.

Tertio tres illi Apostoli significant eos, qui Christo iunguntur familiariter: quiq; Christum amant strictius. Itaq; cū Dominus vult tres istos suæ assistere passioni, admonuit eos, qui Christo volunt vniri amore strictissimo: vt eius sacram passionem cogitent, consideret, meditetur propius, attentius, intimius. Quarto etiam voluit Dominus hos tres transfigurationi interesse, &

passioni. Vt qui post gloriam transfigurationis, videbant successisse ignominiam passionis, intelligerēt futurum: vt post ignominiam passionis, gloria succederet resurrectionis. Vt in die bonorum memores simus malorum: & in die malorū, memoria succurrat bonorum. Videlicet vt expectatio mali, fœlicitatis humanæ lætitiā temperet: & spes boni, grauioris tribulationis afflictionem moderetur.

Locus quartus est. *Progressus pusillum, proci-dit in faciem suam.* Progressus est pusillum, quantum iactus est lapidis: vt Apostoli testificari possent certissimè, de eius dolore, & angustia. Quòd verò proci-dit in faciē, arbitror id esse, quod Paulus dicit. Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesq; ad eum, qui posset illum saluū facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerēs, exauditus est pro sua reuerentia. Vidēs enim Christus se peccatis nostris onustum: statuensq; pro nostris peccatis dolere, & eorum à Patre remissionem impetrare: coram throno Paternæ gloriæ comparuit: summā illi reuerentiam exhibēs: quā exteriori corporis habitu demōstrās, proci-dit in faciem suam: & velut Pō-tifex pro nobis interpellās, preces & supplicationes obtulit Patri, cum lachrymis & clamore, qui in toto cœlo personuit. Proq; illa profundissima, quam exhibuit reuerentia, exauditus est. Rursum cum per angelum qui eum cōfortaturus aduenerat, Christus ipse rescivit (quod iam ante sciebat) Patris decretum esse, vt moreretur: tunc propria experientia didicit obedientiam, & ita per obedientiam consummatus, factus est sibi obtemperantibus causa salutis æternæ.

Sed iam intelligere cupio, quid Dominus precatus fuerit: quid supplicarit: in quo pro sua reuerentia exauditus fuerit: In qua re, sub aliorum censura, quæ subiungam existimo.

Primū nulla poterat esse in seculo maior angustia: quā illa quā Christus afflictabatur, vt omnes Theologi fatentur. Iam Pater æternus Pater est misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni afflictione nostra. Dictum enim est, quod sit adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Quòd si seruis Dominus accurrit in omni angustia eorum: si non se continet Dominus, quin afflictionē seruorū temperet, eorumq; lachrymas abstergat: quanto minus se continisset Pater, vidēs non seruū, sed filium: non in leui, & momentaria tribulatione, sed in acerrimo, & grauisi. dolore: quomodo non alis apertis ad filium aduolasset, eius dolorē mitigaturus: nisi ipse filius sua Patrē oratione detinuisset? Detinuit igitur filius Patrē, ne dolorem leniret. Et hunc esse credo orationis Christi sensum: cum ait. Pater si fieri potest, transeat calix à me. Sed oratio mea, supplicatio mea, efflagitatio mea est: vt nō hęc mea voluntas fiat. Sed tua illa Pater quā ab æterno decreuisti: vt ego dolorem hunc quāuis acerbissimum paterer.

paterer, nolo dolorem hunc mihi leniri, aut mitigari. Non meus affectus naturalis impleatur: non tua mihi miseratio accurrat: sed tua voluntas eterna, opere cōpleatur. Planè tunc Christus intelligebat super nostrum genus, egenum & pauperrimum. Pater igitur, vniuersum Christi, dolorem mollisset: vt eū facilius ferre potuisset. Sed vt dixi, iterum & tertio orauit Christus, ne suus naturalis impleatur affectus: sed doloris gladius eius transuerberaret pectus. Vt ea ratione, maiori homines nexu obligaret, arctiori amoris nodo deuinciret. Quàm verè igitur quadrat Christo, illud Dauidis. *Probā me Domine: & tēta me, v're renes meos, & cor meum.* Et iterum: *Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, &c.* Ergo vt finia, orat Christus Patrem: vt si possibile sit transeat calix, vt ea ratioe intelligamus: quàm esset acerbissimus calix ille, quem Christus fortissimus heros exhorret. Orat verò, ne calix ille trāseat: vt intelligamus, quātū illi debemus, qui omniū dolorē, omnium loco, vnus exhaustit. Quæ dico, quæ certissima esse ille volebat, semel iterū, ac tertio repetijt, vt nihil in eis dubij residere potuisset.

Ex hac historia multa colligere est. Primū: quòd non est imperfectionis doloris acerbissimam sentire. Non est imperfectionis dedecoris vulnus dolenter excipere. Non est imperfectionis mala huius seculi patiēdo, tristari, pauere, tēdere. Christus enim perfectionis fuit magister: qui in his malis cōpit contristari, & mēstus esse. Paulus (qui de se & alijs dixit: quot quot perfecti sumus id sentiamus) is dixit. Non volumus vos ignorare fratres, de tribulatione nostra quæ facta est in Asia. Quia supra modum grauati sumus, supra virtutem: ita vt tēderet etiam nos viuere. Iob sanctus ille, cui perfecti alij vix conferri possunt: adeò dolebat vehementer: vt amici, septem diebus ei loqui non auderent. Certè si quis nostrum spiritus esset, terrena mala pensi non haberet. Nunc verò ex carne sumus: quæ nobis ferrea, aut ænea non est.

¶ At verò Christiani afflicti munus est: in medijs tribulationibus rectā ad Patrem ire. Nec enim nouit animus Christianus in alia re, quàm in Deo, afflictionis consolationem recipere. Renuit enim cōsolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Dictum est: *Perditio tua Israël ex te: tātum auxilium tuum ex me.* Rursum David: *Ego cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio in sinu meo conuertetur.* Et item: *Pro eo vt me diligenter, detrahebant mihi, ego autem orabā.* ¶ Porro in ea oratione subdere tuam voluntatē Deo, vt non quod tu, sed quod ille vult, faciat: id demum perfectionis est. Eam perfectionem Christus docuit hoc loco: & Paulus cum dicit. *Renouamini in nouitate mentis vestræ: vt probetis quæ sit voluntas Dei, bona, beneplacēs, & perfecta.* ¶ Est verò voluntas Dei perfecta: vt

per leue & momentaneum tribulationis nostræ, 2. Corin. 4
 æternum gloriæ pondus acquiramus: vtq; per- Math. 5.
 secutionem patientes, beati simus. Vtq; conue-
 niat nobis illa beatitudo: beati qui lugent, quo- 2. Corin. 1.
 nam ipsi consolabuntur. Demum est voluntas
 Dei: vt sicut abundat tribulatio: ita abundet &
 consolatio. Vt sicut socij sumus Christi in pas- Eodem.
 sionibus, simus & in cōsolationibus. Si enim cō- Roman. 8.
 patimur, & conregnabimus, ¶ Demum ex hac
 historia phas nobis est, de futuro ecclesiæ statu
 coniectari. Quòd enim in capite contigit, futu-
 rum in membris speramus. Vt ergo Christus
 grauissimis doloribus, & angustijs afflictus est:
 cum iam iam vitam esset absoluturus: ita & Ec-
 clesia, cum iam iam finiēda erit, grauissimè etiā
 affligenda erit. Ita vt si fieri possit in errorem
 tradantur electi. Sed sicut post mortem succes-
 sit gloria Christi: ita post Ecclesiæ finem, eius
 immortalis gloria sequetur. Vt verum sit illud,
 gloriam præcedit humilitas. & illud: *Antequam*
conteratur, exaltatur cor hominis. Et antequam
 glorificetur, humiliatur. Porro sicut Christus
 requirebat solamen à discipulis intimis, nec ta-
 men inuenit: ita Ecclesia requiret solatium, &
 fauorem à Prelatis suis sed illi altum dormient.

Locus quintus est. *Ecce Iudas vnus de duodecim.*
 Video Christum minimè à Iudæis, sine Iudæ mi-
 nisterio comprehensum: in figuram, quòd Chri-
 stus in nobis tradi nisi à Iuda, Christi discipulo
 (licet falso) non potest. Certè cum peccamus,
 tunc tradimus Christum. Neq; enim in nobis tra-
 di Christus potest, nisi peccemus: at peccare non
 possumus, nisi ministerio Iudæ: eius. s. qui disci-
 pulus Christi videtur, cum non sit tamen. Quòd
 vt intelligas, memor esto illius Theologici de-
 creti: nemo operatur, malum aspiciens. Ergo
 qui peccat, non peccat, malum sed bonum aspi-
 ciens: id est, peccat credens non malum esse, sed
 bonum, quod cupit. Ergo cum peccamus: venit
 Bonum, quod. s. bonum videtur: osculatur affe-
 ctum nostrum: nos illud, vt amicū recipimus.
 en Iudas pseudoapostolus Christum tradidit,
 Proruit inde in animam nostram cohors demo-
 num & vitiorum. Iudæi, Mauri, Indi, mali Chri-
 stiani non tradunt Christum, nisi quia antecedit
 Iudas, id est, id quod bonum apparet, cum nō sit.
 ¶ Sed ad literam redeo, comprehensuri Christū
 sunt Iudas, Christi familiaris, & discipulus. Secū-
 do turba multa ministrorum: qui missi fuerant
 à Phariseis, & principibus. Tertio cohors genti-
 lium militum, vt testatur Ioannes. Quarto ipsi
 principes sacerdotum, magistratus templi, & se-
 niores, vt testatur Lucas. Vbi igitur tutus Chri-
 stus esse potest: quem non cauebit: quem non ti-
 mebit: si à gentibus, à Iudæis: à suis, ab alienis: à
 ministris, & principibus: à iuuenibus, & seniori-
 bus: à priuatis, & magistratibus: à laicis, & sacer-
 dotibus, quæritur comprehendendus? Quid ma-
 li hic omnibus intulit: quòd ab omnibus, quæri-
 tur ad necē? Verè dictum est: *Inimici hominis*
dome-

2. Corin. 4

Math. 5.

2. Corin. 1.

Eodem.

Roman. 8.

Math. 24.

Prouer. 15.

Prouer. 18.

Ioanis. 18.

Luc. 22.

Michæ. 7. domestici eius. Et nolite credere amico, nolite
 Ioannis. 35. confidere in duce. Ab ea quæ dormit in sinu tuo
 Ibidem. custodi claustra oris tui, Vere dictum est: Si mū-
 1. Ioanis. 5. dus vos odit, scitote, quia me priorē vobis odio
 habuit. Et item: odio habuerunt me gratis. Cū
 Iacob. 4. igitur totus mundus in maligno positus sit: cum
 totus mundus contra Christum conspirauerit:
 quid causæ est, quod ita cor nostrum credimus
 mundo? cur mundi præcepta seruamus? Cum
 dictum sit. Qui amicus est mundi, Dei inimicus
 constituitur. An nō miraculi loco est, quōd per
 Christum mundus factus sit, & non solum mun-
 dus eū nō cognouerit, sed persequutus fuerit, cō-
 prehenderit, occiderit? Igitur Christus datus est
 manibus peccatorum.

Tunc vnus ex his qui erant cum Iesu, exemit gla-
 dium: & percussit seruum principis sacer-
 dotum, amputauit illi auriculam. ¶ Primum illud
 annotandum: quōd ex ministris omnibus qui cō-
 tra Iesum venerāt: nemo maiori rabie, & furore
 impotentiore Christum inuasit, quā seruus pon-
 tificis summi. Propterea siquidem Petrus cōtra
 illum accensus irruit: & caput amputare contē-
 dit, quia eum videbat effrenatissimum. Igitur, a
 ministris Pontificum, sibi Christus & timeat, &
 caueat. Nullus est qui furentiori odio Christum,
 & eius Euangelium prosequatur: quā ministri
 Episcoporum. Hi enim auaritiæ flammis accē-
 si, iustitiam corrumpūt: equum bonūq; dilaniāt,
 dilacerant: nullaq; ratione patiuntur, Christi mā-
 suetudinem, charitatem, & equitatem tranquil-
 lē regnare. Et profectō existimo, multos Pon-
 tifices viros fore meliores, si per ministros lice-
 ret. Quid verō liceat per illos, qui suo ministerio
 velut hamo, opes contendunt sibi regias com-
 parare: rectē ergo erat nomē seruo Malchus, id
 est, regius. ij enim ministri regales diuitias, sua
 tyrānide sitiunt, & anhelant. ¶ Contra hūc igi-
 tur insilit zelantissimus Petrus: & exempto gla-
 dio, illius diffindit auriculam. Res digna est om-
 ni expēsione, cur Petri gladius in solā sicarij au-
 rem seuerit! Cur certo ictu solam aurē discidit?
 Ego coniecto significari, quōd Petri gladius sit
 excōmunicatio. Hęc verō solam discidit aurē.
 Mathæ. 18. Siquidem per excōmunicationē, excōmunica-
 tus sit sicut ethnicus, id est, sicut infidelis, qui fi-
 de caret. Porro carēs fide, aure carere dicitur.
 Siquidem fides ex auditu. Ideō enim dictum est,
 Psalm. 17. Christianos, in auditu auris obedituros. Et Chri-
 stus in persona Christianorum dicit. Sacrificium
 & oblationem noluisti, aurem autem perfecisti
 mihi: siquidem per aurem, auditus verbi Dei in-
 greditur. Et per hunc auditum, omne bonum.
 Psalm. 39. Petrus ergo disijciens illius peruersi auriculam,
 Roma. 10. illum ab omni bono, & ab omni remedio alienū
 demonstrauit. adeō grauis est excōmunicationis
 pernicies. ¶ Dominus verō Petro respondet:
 Conuerte gladium tuum in vaginam. Vbi pri-
 mum sub aliorum censura, ita existimo. Petri
 defensionem fuisse inconsultam. Cum enim vi-

deo mea defensione fieri posse, vt liberem eum,
 qui iniuste affligitur: sancta quidē defensio est.
 Sed si defensio mea aggressores irritat: vt acer-
 bius seuiant, contra illum quem ego defendo: &
 contra me: & contra alios: an non illa stulta de-
 fensio fuerit? Profectō rabidi illi leones contra
 Christum solum venerant seuituri, neque eo-
 rum erat animus, Christū ibi gladio perimere.
 At Petri gladi⁹ eos irritasset, vt Christum & di-
 scipulos trucidassent, nisi Christi & verba, & mi-
 raculum id vetuissēt. Ea enim ratione conijcio
 Christum aurem ministri sanasse: vt ministrorū
 ferociam illa sanitate leniret, & cicuraret. Vt ci-
 cures facti, & mansueti, ab occisione tempera-
 rent. ¶ Docuit etiam eo verbo Christus: non
 temerē resistere ministris Iustitię, seu Iudicis.
 Scio quēuis, qui a Iudice iniuste comprehendi-
 tur, se ab eo, & ab eius ministris defendere posse.
 Scio etiam posse alios ei ferre fauorē, qui a Iudi-
 ce apertissima iniuria læditur. Sed oportet, & cui-
 dentem esse iniuriam: & proximorum scandalū
 cauere. Nam vbi dubia causa est, resistere magi-
 stratui non licet. Vbi verō scandalum nascitur,
 vq; homini, per quem scandalum fit. ¶ Docuit
 etiam temerariā esse audaciam, si vnicus homo
 gladium contra cohortem, eximat. Quid enim
 poterat Petrus vnicum gladium habens, contra
 armatorum phalangem? ¶ Quōd verō Petrum
 Dominus continuerit his verbis. (Conuerte gla-
 dium tuum, omnes enim qui gladium acceperint gla-
 dio peribunt.) non vacat mysterio: non enim di-
 xit. Conuerte gladium, ne te isti occidant: aut
 ne te isti comprehendant. sed sola lege diuina
 eum a vulnere prohibuit: vbi duo intelligo. Pri-
 mum: quā debeat legi diuinę Pontifex sum-
 mus obedire! Licet summus ipse sit: licet in me-
 dio ardentis irę: licet in medijs flammis furoris:
 sola tamen legis diuinę memoria, solum legis di-
 uinę nomen, debet eum in officio cōtinere. Se-
 cundo intelligo. Quōd Christus solam legem
 diuinam Petro refrenauit: quia sola lege diuina il-
 le potest cogi, & coerceri. Nec enim legibus hu-
 manis ille coercetur, qui est supra leges huma-
 nas. Neq; oues cogere suum solēt pastorē. Neq;
 clauis & gubernationē regni, alius quā Petrus,
 id est, summus Pontifex habet. ¶ Sed quid est:
 omnes qui gladium acceperint, gladio peribūt?
 Video sensum esse. Omnis qui gladiū sua autori-
 tate vsurpat, gladio peribit. Sed quā id nō sit ve-
 rum, experientia testis est. Dico tamen id in suo
 sensu esse verissimū: & primum considerandum
 illud est. Dominū non dixisse oēs qui gladio oc-
 ciderint: aut gladio vulnerauerint: aut gladium
 strinxerint: sed solū. Omnes qui gladiū accepe-
 rint: videlicet eo animo, quo tu Petre accipis. s.
 ad percutiendū. Vbi docemur, quōd sicut nō so-
 lum adulter est, qui alienam corrumpit: sed etiā,
 qui viderit mulierem ad cōcupiscendū eam, me-
 chus est: ita non solum occidēs homicida est: sed
 etiam qui gladium accipit ad occidendum, ho-
 micida

Vi. S. Tho.
2. 2. q. 69.
art. 4.

Pal. in
Sum. Ca.
370.
Mathæ. 18.

Ioan. vlti.

Mathæ. 5.

micida est, & ideo, gladio peribit. Dubitas quo pacto id verum est. Respondco legem hanc Dei esse: vt qui peccauerit volens occidere hominem, eum dolorem, eamq; angustiam sentiat: quam sensisset, si gladio periisset. Sive eam sentiat, quia gladio corporali occiditur: sive quia gladio contritionis cor eius vulneratur: sive quia in inferno, gladio eterne dānationis ferietur. Lex enim Dei potius cor respicit, quā corpus. Igitur quē dolorem intulit homicida, eum vt patiatur lex Domini sancit. ¶ Nescio verò an id placebit, quod subiungam. Habetur in Deutero, quod si seruus noluerit egredi è domo domini sui, dominus perforabit eius aurem, & manebit seruus in eternum. Igitur Malchus personā synagoge referebat, quæ Dominum suum morti tradidit. Quia igitur synagoga serua manere voluit, filiorum nomē abijciēs: voluit enim spiritum seruitutis, potius quā adoptionis, idcirco in aure à Petro vulneratur, vt serua maneat, non in domo Patris heres. ¶ Quia verò Dominus in mūdi sine Iudeos ad veritatem conuertet: dicente Paulo: Cum plenitudo gentium intrauerit, tūc Israël saluus fiet: idcirco auris à Domino, vulnerato restituitur. ¶ Adde etiam, illa auris redditione significari, non omnia quę Pontifices precipitātius agunt in terra, à Deo rata in cœlis haberi. Sicut enim quę (clauē non errante) solūtur, aut ligantur à Pontificibus in terris: ligata, solutaq; firmantur in cœlis: ita vbi temerē ligāt illi, aut soluunt: non vult Dominus soluta, aut ligata manere. Iustus enim Dominus iustitias dilexit, equitatem vidit vultus eius. Et item: Mane adstabo tibi: & videbo, quia non Deus volēs iniquitatem tu es. Fieri ergo potest, vt quē excomunicat Petrus in terra, non velit Deus esse excomunicatum in cœlo. ¶ Tū etiam voluit Dominus, excomunicatos non desperare: etiam si iustē excomunicati sint & p̄scisi, Potest Dominus illis reddere salutē. Potest iubere Petro, vt gladium in vaginam recondat. ¶ Demum si magnum in Christo fuit: quod cruci suffixus, pro crucifixoribus rogarit: an non sublimissimū est, quod in media comprehēsiōne, in medijs iniurijs, inter sacrilegas manus: nō verbo, sed opere: non vulgari remedio, sed opere miraculoso, hostem, crudelem, atrocem, impudentissimum, auris redditę beneficio donauerit: & quia Theologicum dogma est, quem Dominus sanat, perfectē sanat: si Christus hunc & aure, & mente sanauit, quod potuit esse maioris charitatis indicium: quod potuit esse magis imperturbati animi argumentum: Sed video, non tunc solū Dominus suos hostes in medio offensionum, beneficijs ditauit & cumulauit: etiam nunc, nos cum illum magis offendimus, ille magis donis, & muneribus, allicit, & prouocat. Tam est illi generosissimum pectus. Quā verū illud est: vult omnes homines saluos fieri, quomodo enim potest efficacius ad Deum peccator conuerti, quā vbi

videt se duplicia à Domino, pro suis iniquitatibus recipere? An non dictum est: Confitebitur tibi, cum benefeceris ei: Igitur, si Christi lex est, diligite inimicos vestros: suam ipse legē impleuit: ex dilectione veniēs ad nos. Si lex est: orate pro persequētibus vos: id ipse impleuit, in cruce pro persequutoribus orās. Si lex est, benefacite ijs qui persequūtur vos: en in auris redditione, lex est illa completa.

In illa hora dixit Iesus turbis. Tanquam ad latronē existis cum gladijs & fustibus comprehendere me. In his verbis duo mihi subluēt. Primum est. Licere Reipub. gladios & fustes accipere contra latrones: vt eos occidat. Et par ratio est de reliquis malefactoribus Id mihi dictum sit, contra quosdam nimium delicatos, quibus crudele videtur, ijs auferre vitam, qui nostram furantur pecuniam. At Dominus dicit: Si fuisset latro: licebat ita contra me armari. Nūc verò, quid mihi cum latronibus: illi inuadunt aliena: ego do & me, & mea. Illi male faciunt: ego nunquā non vobis benefeci. Scitis enim quam fuerim largus beneficiorum collator. ¶ Secundum est, Cur Dominus dixerit, tanquā ad latronem: non verò tanquā ad turbatorem Reipub. cōtra vsurpatorem Regiē maiestatis: & reliqua, quę postea Iudę Christo obiecerunt: Ad hoc ego ita existimo esse respondendum. Habet Dominus: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, fur est & latro. Et infra: Quot quot ante me venerunt, fures sunt & latrones. Et non audierunt eos oues. Et infra: Fur non venit, nisi vt furetur, mactet & perdat. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Itaq; Dominus duplici argumēto probauit se latronem & furem non esse. Alterū, quod ipse det vitam: alterum, quod vocem eius, audierint oues. Inquit ergo. Existis ad me, vt ad dilapidatorē Ecclesię, vt ad lupum voratorem, cum gladijs & fustibus. Cum tamen essem vobiscum semper docēs in templo: cuius vocem vos audiebatis: dum oues esse volebatis. Pastor igitur sum, non latro: mortem à vobis abstuli, non intuli. Vitam dedi, non abstuli. Videte igitur, quod crimē admittatis, sacrilegas in vestrū pastorem manus injicientes. ¶ Tu autem intellige: quā mille rationibus suauissimē Christus hostes suos auocabat ab immanissimo scelere. Primum enim ipse non fugijt: sed se suis hostibus obtulit: non erat ergo cur eum comprehenderent & ligarent. Secūdo: Discipulorum arma prohibuit: tertio: aurem restituit: quarto comprehensores prostrauit. Cū enim dixit ego sum, ceciderunt retrorsum: quinto vires quas illis abstulerat restituit: sexto admonuit, in sua esse facultate legiones angelorum, ad sui defensionē aduocare: septimo, refrauit eis memoriam doctrine & beneficiorum, quę illis ille contulerat. Vltimo, esse illam horam tenebrarum dixit, id est, demonum. An non hęc satis erāt: vt vel leones, vel tigres mitigarent. At non sunt mitigati, imò

Isa. 40.

Psalm. 48

Math. 5.

Deuter. 15.

Ioannis. 8.

Roman. 11.

Math. 18.

Ioan. vlti.

Psalm. 10.

Psalm. 5.

Math. 27.

Ioan. 10.

Ioan. 18.

Lucæ 7. imò verò exasperati: adeò ira, res cæca est, & furès. sed iustificata est interim sapiëntia à filijs suis.

Locus vltimus est, *Hæc omnia facta sunt, vt impleverentur scripturæ prophetarum.* Vbi diligëntia nostra requiritur, vbi nam scribantur horum singula: quæ Mathæus recensuit. Aggrediar rē difficilem. ¶ *Primum quòd Christus esset cū discipulis cœnaturus, significatū fuit Exodi. 12.* vbi hæc verba referuntur. Decima die mensis huius, tollat quisq; agnum, per familias, & domos suas. Ergo mandabat lex, quemuis Patrem familiās agnum accipere quem cum sua familia cœnaret. At Christus erat pater familias discipulorum suorum. Igitur debuit agnum & typicum, & verum, cum sua familia cœnare. Nec enim venit legem soluere, sed adimplere. Et reuera, caro Christi erat agnus igne charitatis assus: erat azymus panis: sine virilis seminis fermento. Erat etiam agrestis, seu amara lactuca: amaritudine s. passionis instantis affecta. ¶ *Secundò, quòd Christus esset pedes, (id est affectiones) suorum discipulorum lauaturus, mihi significari videtur apud Malachiam, cū dicitur. Ipse quasi ignis conflagans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, &c. Profectò Christū ignem esse conflantem, indicant discipuli illi, qui ignem senserūt, cum dicebant. Nōne cor nostrum erat ardēs in via. At ipsum esse herbam saponariam, videbant Apostoli, cum suos lauari pedes (velut sapone, sordidi pāni) conspiciebant. Nescio verò, an id viris doctis placebit, quòd subiungam. Habetur apud Zachariam. I E S V M pontificem magnū indutum fuisse vestibus sordidis. Et ego quidē cum Christum cōtemplor, iam pedum absoluta lotionē, præcinctum linthēo sordenti: vt quòd sordes pedum exceperat, Iesum illum pontificē videre mihi videor. ¶ *Tertiò. De oratione Christi in orto, Zacharias mihi dixisse videtur: cum ait. Vidi per noctem. & ecce vir ascendens super equum rufum: & ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo. Et post eum equi rufi, varij, & albi, &c. Vbi meditatē considerandum est, quā eleganter Christus depingitur. Vir. n. est Verbū Dei. Hic vir ascendit super equum rufum, cum habuit in orto carnem sudore sanguineo rubentem. Planè: Ascēdit Dominus super nubem leuem, (vt super equum albertem) cum carni mundissimē in virginis aluo fuit copulatus. At ascendit super eundem equū rubentem, cum in orto sanguine suo equus ille fuit rubore perfusus. Vt verò scias eum in orto rubuisse, subiungit. ipse erat inter myrteta: mihi enim ita videtur, ortum illum habuisse myrteta. Vt solent elegantiores orti, qui ad delicias, propè ciuitates plantantur. Eum verò hortum fuisse Gethsemani, id est, in valle Iosaphat, id indicat quòd addit. Erant myrteta in profundo s. vallis. Quòd subiicitur de alijs equis rufis, varijs & albis, fructus passionis Christi prænuntiat. Per passionem siquidem Christi factum est, vt**

Exodi. 12.

Mathæ. 5.

Malachi. 5.

Lucæ vlti.

Zachar. 1.

Isaiz. 19.

multi martyres, virgines, Confessores Christum sequerentur: inter quos essent varij non nulli, id est martyrio & virginitate conspicui, & pulchrè inquit. Hi sūt, quos misit Dominus vt perambularent terram: quia videlicet, in omnem terrā exiit sonus eorū. ¶ *Rursum testē satis de Christi sudore, erat in psalmis à Dauide cantatum: cum dixit. Factum est cor meū tanquā cæra liquecēs in medio ventris mei. Cor enim esse sanguinis principiū, testatur vbiq; Aristoteles. Cor igitur tanquā cæra liquecēs, indicauit futurum, vt ex immenso charitatis feruore, sanguis in corde, & venis consistēs (velut liquatus) per poros & venas eodem calore laxatas descenderet. Et quia Christus super faciem suam prociderat: erat necesse, vt liquatus sanguis in ventrem rueret. Id verò est, quòd inquit, in medio ventris mei. Vt sit sensus. Factum est in corde meo: vt sanguis ex charitatis feruore liquatus, in medium ventrem conflueret: & inde fieret sicut guttē sanguinis decurrentis in terram. ¶ *Quartò. Illa Christi angustia & agonia variè significata est in Prophetis. Videlicet, vt quæ erat cardo nostræ salutis. Inquit ergo Dominus apud Psaltem. Saluū me fac Deus, quia intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Sanè, quia intrauerunt vsq; ad animam, ideo tristis erat eius anima, vsq; ad mortē. Iam quòd dicit: Laboraui clamans, raucæ factæ sunt faucēs meæ: planè indicat, quòd semel, iterum, & tertio ad Patrem orauerit Dominus: Idq; non sine vehementi clamore: testante Paulo, quòd in diebus carnis suæ, preces & supplicationes Patri obtulerit, cum lachrymis & clamore valido. Isaïas item non tacuit hanc Domini agoniam: cum dicit. Vidimus eum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Quā verò vir fuerit dolorum, sudor sanguineus palām demonstrauit. Expressior locus ibidem est, cum dicit. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ea enim ratione Christus doluit tam acerbo dolore, quia pro peccatis omniū doluit, id est, eos omnes dolores, quos nos pro nostris peccatis debebamus, ille p nobis omnibus accepit. Igitur dolores nostros ipse portauit. De mum inquit: De angustia & de iudicio sublatus est, id est, duplex fuit causa, quòd fuerit è vita sublatus. Altera fuit angustia, quæ satis erat eū è viuis auferre. Tristis enim erat eius anima vsq; ad mortem. Altera fuit, iudicium Pilati: eum morti tradentis. Nemo ergo putet, quòd Christus fuerit actus in crucem cum indolentia. Imò verò, tanta fuit affectus angustia, quòd ea sola eū cōficere sufficiebat. ¶ *Quā denique pulchrè Christi dolorem, Ioseph à fratribus venditi dolor significauit: dicunt enim fratres eius: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ illius. Ergo cum Ioseph prodebat a fratribus angustiam sensit vehementem, angustia Christi significatricem. Fuit enim Ioseph nobilissima Christi fi-***

z iij gura.

Roman. 10

4. Gener. animal. c. 8. De somno c. 3. De iuuet. c. 3.

Psal. 88.

Eodem.

Hebræo. 5.

Isaia 53.

Eodem.

Eodem.

Genesi. 44.

*1. Liquefa
cionis*

*Exua sabo
eiza*

*Mi dnum
dant res
tes,
Zachar. 3.
Eia
hida aqua
fonti.
tintures
ros*

*5. 4
9*

figura. ¶ Quinto: quod discipuli essent Christo agonizante dormituri, & comprehenso fugituri: pronuntiatum illis verbis erat. Sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni. Profectò Christus in angustia illa tam vehemente, dicebat. Sustinete hic & vigilate mecum: vt vel dolentis aspectus, eos ad simul contristandum prouocaret. Sed nõ fuit qui contristaretur: neque ex hominibus consolantem Dominus inuenit. Video angelum venisse, qui Christum confortaret: diceretque illi, quod olim dixerat Elię. Surge, bibe (calicem. s. passionis) quia grandis tibi restat via. Atqui Angelus ille cum tristi, non est cõtristatus. Rursum dictum à Christo erat. Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum. Profectò in orto cepit Christi caro, velut in torculari calcari. Ideò enim sanguinis rubor, ex vua pressa, in terram defluxit. Cum verò hæc vua calcatur, nemo cum Christo est: quia qui cum illo sunt, vel dormiunt, vel fugiunt. Ergo nulli nostra salus, nisi Christo debetur. Solus ille eam tunc operabatur, nullum habebat adiutorem. Dominus solus dux noster erat: neq; cum eo erat alius: qui eum in afflictione iuaret. Non Paulus, non Cephas, non Apollo pro nobis sudauit, doluit, comprehensus est. Solus Christus factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio: vt qui gloriatur, in Domino gloriatur.

¶ Rursum quod Christo sudante omnes dormirent, indicauit: quod Christus nos suo sudore saluans, omnes in peccato, & in culpæ somno reperit. Ita enim Paulus: Conclussit Deus omnia in incredulitate, (quasi in somno profundo:) vt omnium suo sanguine miseretur. Et item. Conclussit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide I E S V Christi daretur credentibus. Verè igitur humanitas Christi erat tunc mulier illa fortis, quæ dormiētibus domesticis suis ipsa surgēs non dormit vt eos ditet preda cęlesti. ¶ Sexto. Christi cõprehensio à leonibus illis, à canibus, à monocerotibus, frequenter fuit ante prædicta. Ita enim Christus per Dauidem. Circunderunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. Et item. Circunderunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. Et infra. Erue à framea meam: salua me de ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meã. Vbi intelligere datur, illos malignissimos tyrānos (qui comprehensum Dominum venerant) eum in modum coronæ obsedis. Et ea ferocia, & rabie in eum insiluisse, quæ solent leones, canes, vituli, tauri, vnicornes. Quod autem non sine armis venerint, indicat verbum illud. Erue à phramea: singulari. s. pro plurali posito. Existimo etiam Annam aut Caipham, ibi adfuisse: vt leonem, vt rabidum canē, à cuius ore speciatim Christus erui

desiderat: cum dicit. Salua me ex ore leonis, & de manu canis. Quia videlicet canis ille, & ore blasphemias: & manu phrameam vibrabat. Iam (nisi me fallit animus) huc spectant verba illa: Custodi me de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi: & funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Quasi diceret: Custodi me de manu Caiphę, & iniquorum, qui cum illo veniunt, &c. ¶ Huius comprehensionis figurę multę præcesserunt. Illa prior, licet obscurior. Abraham colligauit filium suum: antequam eum super altari statueret. Ita Patris æterni permissione Christus alligatur, super crucis altari collocandus. Altera figura fuit. Ioseph mittendus in cisternam: vt credi par est, alligatus fuit. Et Ruben Iosephum liberare contendens, non potens tamen: figuram Petri gessit, Christum liberare contendentis, sed frustra. Ligatus etiam fuit Samson à Philisteis, quos ille sua morte destruxit.

¶ Porro cum audio Christum dicentem: Tanquam ad latronem venistis: videor mihi audire etiam Iacob, contra quem Laban venerat cum gladijs & fustibus: cumque eum comprehendisset in monte Galaad: respondit illi Iacob. Quam ob culpam exarlisti post me, quid inuenisti de cuncta substantia domus tuę? Quasi diceret: Cur veluti latronem insequutus es me.

¶ Nam quod Dominus Petrum coërcet, delinatum videtur: quando Absalom cum gladijs, & fustibus Dauidem patrem persequabatur. Quæ cū Dauid fugeret, & à Semei malediceretur: Abisai dolens regis iniurias, exilire cupiebat in Semei, eumque in frustra cõscindere: sed à Dauid reprehensus & coërcitus est. Dimitte inquit eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, &c. Quasi diceret: Conuerte gladium tuum in vaginam. ¶ Demum fugā discipulorum, suamque derelictionem Christus præcantauit in psalmo, dicēs: Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumē oculorum meorum, & ipsum non est mecum: (hæc sudor sanguineus indicauit.) Amici mei, & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui iuxta me erant de longè steterunt: & vim faciebant, qui quærebant animam meam. Profectò vim faciebant contra Christum vnicum & solum, illi eius acerrimi hostes, cum eum omni præsidio destitutum conspiciabant. Quis enim dubitet Christum Dominum tunc ab hostibus ad terram prostratum, illorum calcibus conculcatum? Vt impleretur illud: Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me hō, tota die impugnās tribulauit me. Cõculcauerunt me tota die, quoniã multi bellātes aduersum me. Cū audis: impugnās tribulauit me, tyrānorum intellige colaphos, pugnos, ictus, & reliqua.

Cū

Psal. 68.

Luc. 22.

3. Reg. 19.

Isa. 63.

Deuter. 32.
1. Corin. 1.

Rōm. 11.

Galat. 3.

Prou. vlt.

Psal. 21.

Ibidem.

Eodem.

Psal. 139.

Genesi. 22.

Genesi. 37.

Iudic. 16.

Genesi. 31.

2. Reg. 1. 6.

Psal. 37.

Psal. 35.

Cum verò audis, multi bellantes aduersum me:
& vulnerum multitudinem, & hostium rabiem,
(vt in bello fit) intelligis.

At illi tenentes Iesum.

QVATVOR hic expendenda se offerunt.
Primum: quod omne Concilium Pontifi-
cum, Scribarum, Phariseorum, Seniorum testi-
monium falsum quæreret cōtra IESVM. Pro-
fectò, quo tempore Christus prædicauerat, quæ-
sierant illi testimonium verum cōtra IESVM.
quod exactissimè, & incessanter investigauerāt.
Cum verò nunquam inuenire potuissent, re de-
sperata, ad testimonia falsa recurrūt. Quid enim
aliud Pharisei contendebant, quando interroga-
bant: an liceret census dari Cæsari? Quid, quan-
do quæsierunt, quod esset magnum mandatum
in lege? Quid quando Sadducei percontantur
de mortuorum resurrectione? Quid aliud am-
biebant quando eum obseruabant, an sabbato cu-
raret? Ita enim Lucas dicit: Obseruabant eum
Scribæ & pharisei, si in sabbato curaret: vt inue-
nirent, vnde accusarent eum. Igitur cum perpetuò
requisissent testimonium verum contra Do-
minum, nec inuenire potuissent: ad falsa se con-
uertunt, in qua re quam fuerint diabolica inui-
dia stimulati, etiam cæci vident. Interim
verò figura impletur, quæ hæc falsa contra Chri-
stum testimonia prænuntiauerat. Scriptum enim
est: quod Achab rex scripsit ad maiores natu, &
optimates Iezrahelis: vt duos testes falsos con-
tra Naboth submitterent: qui Naboth blasphe-
masse asseuerarent. Id verò fecit Achab, quia vi-
neam à Naboth volebat, quam ipse dare recusa-
bat. Quam aperta est hæc Christi figura? Christi
vinea, animæ nostræ sunt. Has animas Christus
non vult dare diabolo, sed auferre. Hac ira per-
citus diabolus, (qui rex est super omnes filios
superbiæ) instigauit maiores natu, seniores sci-
licet, scribas, pontifices: vt testimonium falsum
quærerent contra IESVM. Mirari verò ve-
hementer libet: quomodo falsum testimonium
non inuenerint contra IESVM. Certè si tem-
pora nostra illinaacti fuissent, & pecunia testes
corrumpere voluissent, non duos, sed ducentos
falsissimos testes inuenissent. Quid? Quòd post
Christi resurrectione Pharisei illos corruerūt
milites: quos ad Christi custodiam Pilatus depu-
tauerat. Pecuniam enim copiosam illis dederunt,
vt dicerent: discipulos Christi, eius cadauer suffu-
ratos. Ego igitur arbitror: non meliores fuisse il-
lius temporis homines, quam nostros: vt testi-
monium falsum dicere non auderent. Imo verò
multi falsi testes accesserunt. Mysterio ergo da-
tum est, ne falsum testimonium contra Christum
inueniretur. Primum enim voluit Christus suam
innocentiam testimonio, neque falso, lædi posse.
Secundò etiam voluit, nulli videri iure occisus,

Si enim Caiphas Christum innocentem, proba-
tum tamè nocentem damnasset, iure damnasse,
potuisset apparere. Ne igitur hanc excusatio-
nem ille, nec aliquam calumniandi occasionem
multi nancisci possent, omnia testimonia Chri-
stus refecit. Dicam nonnihil de moribus no-
stris. Profectò & nūc etiam falsa testimonia quæ-
runt multi contra IESVM. Cum enim mer-
cator contractum suum, (testante conscientia,) in-
iquum esse, vel inuitus agnoscit: quærit interim
tamen, doctoris testimonium: qui contractum
iustum esse asseueret: an non hoc est falsum testi-
monium contra IESVM, id est, contra iusti-
tiam & charitatem quære? Si aduocatus in-
iustæ se patrocinari liti: & conscientia, & suis
legibus clamantibus intelligit: interim verò alias
quærit leges, quibus iniquitas æqua videri pos-
sit: an non hoc est falsum testimonium, contra
ius fasque require? Si clericus plura possidens
beneficia, se id facere non posse, & veritate, & vi-
ris piis attestantibus, planè cognoscit: quærit
porrò aliquem Ioannem Andream, vel alium ex
Canonistis, vel Theologis, cuius autoritate, la-
trantis conscientie ora concludat: an non hoc est
testimoniū falsum quære cōtra IESVM: qui
totus est sanctitas, veritas, æquitas? Vtinam verò
& Pōtifices, pompas illas suas, plusquam regias,
Euangelio dissentire videntes, nō se alicuius do-
ctoris testimonio cōmuniant. Sed satis de his, ne
in cælum ora ponamus. Non verò æquum est
illud dissimulare, quod maioribus nostris nego-
cium fecit. Cur dicantur falsi testes, qui vera de
Christo pronuntiarunt? Dixerunt enim, nos audi-
nimus eum dicentē. Possum destruere templum
hoc, & triduo reedificare. Et quidem satis nō est
dicere: illos falsos fuisse testes, quia iniquū animū
adduxerūt. Animus. n. iniquus, malū, nō falsum
facit testimonium. Nec sat est dicere, quod nō re-
tulerint verba Christi punctim. Cum. n. sensum
attulerint eūdem, parum de verbis curandū fue-
rit. At profectò idē sensus est, Soluite templū, &
in triduo excitabo. & possum destruere, & triduo
reedificare. Nā profectò qui templū triduo valet
excitare, poterat & destruere. Nec demū satis est
respondere: testes non adduxisse verba, in sensu
quo dicta fuerunt. Siquidē verba Christi fecisse
sensem, in quo testes intellexerunt, Ioannes ipse
cōvincit dicēs: quod cū Pharisei, & reliqua turba
Christi verba audierūt, ita respōderūt: Quadra-
ginta annis edificatū est tēplū: & tu in tribus die-
bus reedificas? Si ergo adducunt verba in sensu
vulgari, cur falsi dicuntur? Neq; verò necesse est
testibus, verba referre in sensu, quo dicta sunt:
satis enim est referre in sensu, quo vulgus ea
intelligit. Ad hoc dubium quod graue est ego
sub aliorum censura responderem. Quod cum
verba alicuius accusati, duplicem facere pos-
sunt apud vulgus sensum: tunc vt verè accuse-
tur, & damnetur, debent in vtroque sensu esse
malè plata. Si. n. in vno sensu vera sunt: in quo

Mathæ. 22.
Eodem.

Eodem.

Marci. 3.
Lucæ. 6.

3. Reg. 21.

Iob. 41.

Mathæi
ultimo.

Ioan. 19.

Ioan. 2.

accusatus visus est ea dixisse: falso accusatur in alio sensu. Iudices igitur hoc Christi exemplum expendant: quod testes illi falsi dicuntur: quia verba quæ duplicem habebant sensum, etiam literalem, in vno solùm sensu accusabant.

Secundùm quod se consideradū offerebat, illud est: quod Christus à summo Pōtifice adiuratur: & adiuratus veritatem tam apertè respondit, vt vix vnquam ita respōderit. ¶ Vbi primū lector cūcta conspicio. Nulla meo iudicio interrogatio aut maior, aut illustrior, aut vtilior (inter mortales) aut fait aut erit. Qui, n. interrogat, Conciliū integrū est. q̄ interrogatur, Deus est. Materia de qua interrogatur, Deitas est. periculū interrogatio- nis nō minus, quā vita Dei est. Si autoritatē concilij spectes, iurabis: nullū tunc in orbe cōgregari grādū potuisse, aderat Pōtifex sūm⁹: eo pōtifica- tu refulgēs: quē ipse Deus instituerat, aderat le- gis periti, legis, s. quā Deus ipse tradiderat, aderat Pharisei, religione pollentes tunc insignissima, aderat tota senectus, cana prudentia venerabilis. Quid in isto desiderares concilio: si rē humanit⁹ spectes? Si verò ad Christū oculos cōuertas, vi- debis Deū accusatū, languentē, ligatū: Angelos rei spectatores, rei miraculo attonitos. Si pericu- lum expēdas: Certè si Christus tacet, periculū to- tius Christianitatis est: ibi tacuisse, vbi Dei nomē adferebatur, si loquitur, periculo capitis loqui- tur. Et equidē similiter rogatus fuerat à duobus

Math. 11. discipulis Ioānis: quibus nō verbis, sed operibus respōdit, & interrogatio nō erat illa, sicut ista so- lennis. Quia igitur questio pposita cardo est no- strē religionis: quia est scala cęlestis: quia est fidei radix: idcirco liberis, disertis, & apertissimis ver- bis Dñs ad eam respondit. Ita, n. iuxta Marcum

Marci. 14. respondit. EGO SVM. & videbitis filiū homi- nis sedentē à dextris virtutis Dei, & venientē in nubibus cęli. Vbi quod dixit: Sedentē à dextris: admonuit, se esse de quo Dauid dixerat: Dixit Do- minus Domino meo, sede à dextris meis. Et qđ dixit: Venientem in nubibus, admonuit se esse, de quo Daniel dixerat: Ecce cum nubibus cęli, quasi filius hominis veniebat: & vsq; ad antiquū dierū puenit. Dicitur quasi filius hominis, sicut illud: in similitudinē hominū factus. Re enim ve- ra homo est: at est potissimè Deus. Dicitur verò peruenisse ad antiquum dierum: quia ascendit su- per omnes cęlos: & super omne nomen, quod nominatur in omni seculo. En igitur Christiani, si certum Christi respōsum cupiebatis, adest. Ne- que verò cum dicit. Ego sum: se filium Dei ado- ptium intelligebat neque Iudēi qui audiebāt, ita intellexerūt. Aliōqui nulla erat blasphemia, se filium Dei ita fateri. Siquidem lex filios Dei homines esse passim cōstituit. Vt illud, Vidētes filij Dei filias hominum. Et ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Hęc ergo prima ratio est: cur Christus tam luculenter, de se testimoniū protu- lit. Vt, s. fides nostra firmo Christi præconio inni- teretur. ¶ Altera ratio illa est: voluit Christus (nō

obligatus) adiurationi respōdere: ne si nō respō- disset: obligati ad respōdendū, respondere negli- gerent. Amputauit ergo occasionē, occasionem quęrētibus. Similiter fecit: cum quęsitus an tribu- tū solueret. Afferuit quidē se nihil debere, vt qui filius regis esset, sed ne offerret scādālū, ne vè alij eius exēplo soluere nollēt, Petro mādāt: vt p̄ am- bobus didrachma psoluat. Eadē ratione circun- cidi voluit, in tēplo p̄sentari, legis festa seruare. Iota, n. nec apicē legis p̄termisit: qui dixit, se nō

venisse soluere legem, sed adimplere. Vt videli- cet ansam auferat volentibus legem violare, ne ipsum exemplo, ad violandum haberent.

¶ Docuit etiam ea responsione, quid nos instāte morte facere oporteat. tūc enim veritas pandēda est, etiam cum discrimine nostro. Si quid iniuste possides: si cuius famā violasti: si quid iniuste ac- cepisti: ea omnia instante morte sunt explicāda. Si quod crimen scādālū admittisti, & dum viueres verecundia premente siluisti, id morte instante reuela. Id verò maximè dū in iudicio interroga- ris, si iure quęreris, iure etiam cū capitis discrimi- ne explicare teneris. ¶ Docuit etiam posse nos, in bonum nostrū alterius malo abuti. Tunc certè cū ille ad malum paratus est, & accinctus. Profectō sciebat Christus, futurū: vt si ipse se regē fateretur, infinitis iniuriis, & turpi morte à Iudæis esset violandus. At quia ad mala hęc illi erant in pro- cinctu, abuti voluit eorū malo: ad patientiā suā, ad gloriā Patris, ad cōmodum nostrum, ad mū- di salutē. Ita planè frequentissimè in sabbatis cu- rauit, licet sciret, inde scādālū, & edium Phari- sæos accepturos, frequenter eos accusauit: & ad- monitus à discipulis ne ea verba diceret, vnde ef- sent Iudēi offendēdi, respondit. Sinite, cęci sunt & duces cęcorū. Ita Paulus sciebat, aduentū suū in Hierosolymam, mortem sibi, magnum scāda- lum Iudæis pariturum. Eo tamen malo abuti vo- luit ad gloriā Dei, quæ tāta ex illa Pauli p̄fectio- ne Deo parta est. Igitur possum bonū meū face- re, etiam si malum aliorum inde nascatur: non ex bono meo, sed ex iniquo illorū animo. ¶ Ani- mauit nos etiam: vt cū iniuste à tyrānis interro- gamur, an Christiani simus? nihil fateri vereamur, etiam si certò nobis conitet mortem citò futurā. Sciebat Paulus quā haberet vicinam mortē: si Christū coram Iudēis, corā Festo, & Fœlice p̄- dicaret: at nihil veretur. Nō, n. inquit facio animā meam pretiosiore, quā me. Ita enim Christus inquit. Qui me erubuerit corā hominibus, eru- bescam & ego eū corā Patre meo: qui in cęlis est. Et equidem Christus coram Iudæis, non solū se falsus esse esse filiū Dei, sed adiecit etiam multa: scilicet, videbitis filiū hominis venientem in nu- bibus, &c. Vt Christianus corā tyrānis, nō solum se Christianum fateatur, sed multa in Christi lau- des spontē subiiciat, quo confessio illustrior vi- deatur, & liberior, simul & verior. ¶ Nec dissi- mulare libet. Non erant cōuenientia illorū testimonia. Quo fit, vt si Christus tacuisset, etiam adiuratus, (siquidem

Math. 17.

Math. 9.

Math. 19.

Act. 21.

Act. 26.

Act. 24.

Act. 21.

Luc. 9.

(siquidē iure tacere poterat: vt qui iudici illi non esset inferior, erat enim Christus iudex viuorum & mortuorū, cui scilicet Pater omne dederat iudicium) Pontifex & Pharisei nullā causam mortis contra eum habentes, eum morti non adiudicassent. Erant enim hypocrite nihil sine pretextu, & colore iustitię facientes: atque adeo Christum sine testibus, aut propria cōfessione, nulla ratiōe dānassent. Vide ergo, quid debeamus Christo: qui libenter confessus est: & ideo se libenter morti cōcessit: sciens & prudens, quod nisi cōfiteretur, morti nō adiudicaretur. ō igitur venerandam confessionem. ō cōfessionem charitatis immensę explicatricem. ō cōfessionem salutis nostrę allatricem. ō cōfessionem, sine qua nec Deo gloria, nec Angelis reparatio, nec hominibus fuisset remediū allatum. Se igitur Christiani huic cōfessionī totos debēt: quę Christianis omnia bona comportauit. ¶ Hac cōfessione audita, cui omne genu cęlestium, terrestrium, & infernorum, erat flectendum, rabiū ille Pontifex vestem discidit: in signū, quod Pontificatus à Iudæis scindebatur. Teste Samuele: qui cum orā clamidis per Saulē videret discissam, inquit. Scidit Dominus à te regnum tuum. & fortasse quod dolebat David, cum particulam discidisset, à veste Saulis, id erat: scilicet quod regnum Saulis diuidebatur, ab eo quē ille velut seruus fidelis, sanctē coluerat. Porro erat mos Iudæis audientibus blasphemiam, vestem cōscindere: in signū, quod illis cor discindebatur. Dicitur enim erat scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. At infelix pontifex iste, corde in sua duritia integro, hypocriticē vestem scindens suā, se Dei zelotem ostendit. Sed dictum est: Diuidet eum, & partem eius ponet cum hypocritis. Vt videlicet inferni pœna illud cor nō ruptum disrumperet: quod ruptio vestium ruptum esse demonstrabat.

Tertium consideratione, & lamentatione dignissimum est. Quod vbi Christus confessus est bonam confessionem, coram Deo, sanctis Angelis, summo concilio, infimis etiam ministris: tūc & ministri, & principes, in Christum insilierunt: in eius faciem expuentes: eius collum collaphizantes: palmis caput, & os percutiētes. Nā quod ministri id fecerint Marcus testatur: quod verò principes, Marcus testatur & Mathęus: & quidem non à ratione alienum videtur, primum quidē ministros in Christum irruisse: vbi verò eum cōtumeliis oppleuerunt: velut lassos, à principibus foras eiectos. Principes tunc agnum māsuetum leonino furore conculcant, expuūt, collaphizāt, percutiunt, tantūq; non occidunt. ¶ Precatum nunc te lector volo, cūcta animo iustia. Attēde redemptoris animum, verē magnū: magno spiritu iniurias ferentem: imo amplectentem: imo in magno pretio habentem. quia videlicet, quod eatenus optauerat, iam possidebat. & quia opus nostrę redemptionis iā peragebat. Attēde Redemptoris corpus, sudore sanguineo (velut ex-

haustū.) tot ferendis vulneribus velut inualidū. nihil tamen repugnans: quō. n. percutiētū alapa, & ictus, eū vertebant, eō vertebatur. Attēde Deum Patrē has contumelias æquo animo spectantem. Sanctos Angelos etiam spectaculo adstantes: quo videbāt eum ab hominibus tā ferociter vulnerari: quem illi tā humiliter adorauerant: cui nascenti gloriam in Bethlehē cantauerant: cui victori in deserto ministrauerant. Attēde rabiem ministrorum, sed maximē principū, quos nō absterruit tanta Christi prædicatoris auctoritas. Prædicabat. n. in potestate, & nō sicut scribę, & pharisęi. Nō emolliuit eos tā immēsa beneficiorū multitudo, quibus populū affecerat. Pertrāsuit. n. benefaciēdo, & sanādo oēs oppressos à diabolo. Nō cōtinuit eos tā infinita miraculorum operatio: & in his Lazari suscitatio. quę eū verē Deū demonstrabāt. vere igitur excęcati erāt. habētes oculos nō videbāt. Nihil ergo aut prædicationis maiestas, aut beneficiorum copia, aut miraculorū splēdor, eos impediēbat: quo minus eū, vt vilissimū mācipiū, vt rē nihili reputarent. ¶ Impletur ergo: Quasi absconditus est vultus ei⁹. & despect⁹: vnde nec reputauim⁹ eū. i. nō existimabamus esse hominē. ¶ 2. Impletur scriptura quę dicit: Applicabis vitulū, corā tabernaculo testimonij: imponētq; Aaron & filij eius manus, sup caput illius, & mactabis eum in conspectu Domini. Profectō Christus vitulus erat mactandus coram Domino, pro gloria Domini, & pro cōmodo nostro. Erant ergo ei imponendę manus & Pontificis, & sacerdotum, & seniorum. Imponūt igitur capiti sacro manus sacrilegas, percutiētes caput illud. in quo habitabat diuinitas corporaliter. ¶ 3. Impletur alia scriptura, quę ita dicebat. Si noluerit vir accipere vxorem fratris sui: mulier illa spuet in faciem illius: tolletq; calceamentum eius, dicens: sic fiet illi: qui non ædificat domum fratris sui. Profectō Moses vir erat malę, & literalis Synagogę. vxoris scilicet quā Christus generationem malam, & adulterā nuncupabat. Defuncto Mose, succedit Christus: qui Synagogę adulterę copulari noluit: volens exhibere sibi aliam sponsam sanctam, immaculatā, non habentem maculā, aut rugā. volebat copulari sterili Rachel, Lia cœca relicta. Quia igitur nec Synagogę nubere, neq; eius peccata dissimulare volebat: idcirco Synagoga in faciem illam sacram expuit: quam Angeli intueri desiderant. Cupis forsā intelligere, quid sit Christum per Synagogam excalciari? Id faciliē intelliges, si in memoriam illud Davidis reuoces, ita dicentis. In idumęam extendam calceamentum meum. Quasi diceret: In idumęam extendam principatum; & dominium meum. Contendit igitur Synagoga Christū principatu, imò & vita priuare. Sed vt post mortem surrexit cum vita, ita & cum principatu meliore. ¶ Iam tu attende, si omnes illi ministri, si omnes illi seniores, si omnes pharisęi, & omnes principes

Act. 10
Ioannis. 5

1. Reg. 15.

2. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

1. Reg. 24.

Math. 4.
Luc. 2.Math. 7
Ibidem.
Act. 10Ioanis 11
Isa. 6.
Ioanis. 12

Isa. 53.

Exod. 29.

Colos. 2.

Deuter. 25.

Math. 12.

Ephes. 5.

1. Petri. 1.

Psalm. 59.

PAVLVS DE PALACIO.

rem conspu
tam innuim
nobis forte
velabant
ne ad mi
mouerent
erat n
speciosae
v. ga. Pri
malicia no
Potestant
excogitare
quid faceret

pes in Christi faciem expuerunt: quam verè dictum fuit: quasi absconditus vultus eius. Nunquid ergo, ideò velauerunt eius faciem, quia tam immunda, & horrens erat: vt nauseam illis excitaret? Nunquid eum ita velauerunt vt sine fastidio liceret eis ad libitum illum percutere? Aderat Iudas proditor miserabili spectaculo. vidensque talem magistri faciem, non potuit non dolere. Videns etiam magistrum morti adiudicatum, abiens laqueo se suspendit. Necesse enim erat corda ænea esse, & viscera ferrea: vt ita mansuetum, ita silentem, ita patientem: ita tractarent. ¶ Planè animo meo illud infedit. Demones per totam Christi vitam, eum diligentissime inuestigasse: cumq; eum tam insigni viderent sanctitate pollentem: nunc totam inferni armasse ferociã, totam inferorum rabiem instigasse: vt quibus artibus, quibus machinis possent: sanctitatis quam in Christo videbant, arcem expugnassent: vt vel ad iracundiam vel tantillam, illum prouocassent. Quis enim credat tantam in hominibus inueniri crudelitatem, vt contra innocentem adeò sæuirent? Totius ergo inferni erat illa sæuitia. ¶ Rursus in medio illius tantæ deiectionis, Christus non exigua demonstrat miracula. Miraculum enim mihi est, quod tanta in humana carne splendeat patientia: vt nec minimum, in maximis, in summis opprobriis commoueatur. Quis enim mortalium tam sereno, tam tràquillo, tam immoto fuit pectore: vt tam furentibus procellis, tam insanis furiis agitatus: tam quietus ipse, tanq; placidus perseueraret? Totus infernus, tota synagoga, summo nisu, summa vi, quatit, percutit, impellit, proruit in Christum: ipse verò adeò perstat pacatus, ac si nihil illi truculenti niterentur. An non hoc miraculum est? An non hæc patientia potius est diuina, quam humana? Gaudet igitur Deus, eius patientiæ spectator. Admirantur Angeli, attoniti stupent demones. delasiati cessant Iudæi. Exemplum, verò & efficacia, ad similia ferenda Christianis exhibetur? ¶ Nisi enim ego fallor, illa contra Christum tragœdia præfagium erat futurorum. Vt enim postquam Christus se Filium Dei viui apertè confessus est, tota se contra eum armavit, & dæmonum, & hominum rabies: ita postquam discipuli, Christum Dei filium orbi denuntiauerunt: totus & inferni, & mundi contra discipulos insurrexit conatus: & vbi te filium Dei per adoptionem, & gratiam ostenderis, inferni etiam passurus es impugnationem. Scriptum enim est: Accedens ad seruitutem Dei, prepara animam tuam ad tentationem. ¶ Ad historiam redeamus: Postquam à Iudæis, fuit ad satiem vsque in Christum sæuitu: gaudebant illi, quòd furorem per tot annos contra illum conceptum, iam effudissent. Gaudebant quod eum morti adiudicassent. decernunt, quia multa nox erat, dormitum abire. Præcipiunt ergo Christum tam miserabiliter per-

cussum ad oliuam quandam alligare. erat illa in illius domus horto: viliturque etiam nunc eius arboris truncus, à peregrinis: qui loca illa omni sanctitate plenissima inuisunt adorabundi. ¶ Alligatur igitur Dominus, adeò lassatus, ad arboris truncum. Quia verò nox erat, & frigus tantum erat. (vt fuerit necesse ignem in medio atrij extruere, quo calecerent Iudæorum ministri) corpus Christi tenerum, vulneratum, delassatū, frigori & gelu expositum, obrigit. ¶ Mansit eo loco Dominus solus, interim tacitamente reuoluens: quanta esset hominum malicia, quam esset prauum cor hominū, qui pro tantis beneficiis tanta rependerunt maleficia. qui eò malitiæ peruenerunt, vt Deum suum tam sequiter tractarent. Voluebat mente sua, quam caro pretio hominum redemptio constaret. quam esset ingratus & beneficiorum immemor mortalium animus, qui hæc beneficia silentio esset traditurus, & obliuioni. Patri demum suo, & acta offerebat, & agenda. id est: accepta probra & accipienda, ei in odorem suauitatis exhibebat.

Quartum considerandum est, negatio Petri. Petrus erat in atrio foris. Christus erat intus. interstabat paries medius, inter Christum & Petrum. Facile ergo Petrus omnia quæ cõtra Christum gerebantur audiebat. Tanta enim erat cõtra Christum & agitatio, & iactatio: tantus clamor: tantus percussio & vulnerum fragor: vt etiam à longe stantibus intelligeretur. Sensit igitur Petrus crudelitatem Iudæorum contra Christum: iam inde vehementem concepit timorem, optassetque in eum locum non introisse. At fugam, & timorem dissimulabat: vt pote qui in medio ministrorum erat, ad focum cum aliis stans, vt Lucas testatur. ¶ Interrogatur ergo primum ab ea ancilla ostiaria, à qua in eum locum admissus fuerat. Rursum interrogatur ab ea, & alia ancilla, & aliis. Rursum tertio, à cognato Malchi, & aliis. Negat petrus semel, iterum, & tertio. Vt Prophetia impleretur. Terrores tui conturbauerunt me, circundederunt, me sicut aqua: tota die circundederunt me simul. Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos, à miseria. Profectò terrores, minæ: dolores circundederunt ea nocte Christum. siquidem in medio principum erat: qui simul eum vulnerabant. Tunc Deus permisit elongari Petrum, amicum, & proximum: qui tam constanter amicitiam promiserat. At elongatus est Petrus, à miseria: quam tam seque Christum pati sentiebat. ¶ O verum humanæ vilitatis exemplum. ò vnicum nostræ infirmitatis specimè. Petrus ad modicum, & in momento, sibi à Deo relictus, in tantum peccati profundum corruit. Humana igitur fragilitas se præcipitare nouit, cadere scit: prouere in barathrum assuevit. Quis Petro fortior? Quis constantior? Quis etiam sanctior? En verò, quò sanctitas & fortitudo sibi relictæ cadit.

Alij dicunt
in carcere
fuisse Chri
stu, ea no
te conte
stum.

Lucæ. 22.

Ierem. 17.

Lucæ. 22.

Psalm. 87.

forte illa
dixit
compassi
one.

Eecli. 2.

¶ Sunt

¶ Sunt verò in hoc casu spectanda nonnulla. Primum enim Petrus admittitur in domū Summi pontificis: non suo merito: sed introductus, ab eo, qui notus erat pontifici. Secundò admittitur per ancillam ostiariam. Tertiò in medio infimæ plebis sese collocavit. Quartò ad ignem, quo se alij calfaciebant, ipse se calfaciebat. Hæc nobis aliquid innuunt. Norint ergo, qui in Ecclesiam, (quæ Summi Pontificis domus est,) nò merito suo, sed aliorū favore ingrediuntur, facile se habere ruinam: paratum sibi esse præcipitium. Norint etiam, qui fœminarum gratia, & respectu ingrediuntur, breui se ruituros. Apertū, etiā est vitā pastoris, multò debere moribus inferiorum præstare. grande igitur malum est, si vita pastoris in medio sit suorum inferiorum. vt quæ æqualis sit illis, quos longe debebat superare. Præfagium ergo fuit, fore Petrum casurum: siquidem se inter vltimæ fecis homines collocavit. Demum si iisdem rebus lætatur, & calescit Petrus: quibus & infima plebs: quid expectat, nisi vt in infima ruat peccata? Petrus enim non terrestribus gaudere, non humanis delitiis lætari debet: sed diuinis. Vtpote cuius cōuersatio est in cœlis. Vt qui Christum plus aliis amet. vt qui gregis pastor sit. Neque enim phas est eisdem pascuis pastorem pasci: quibus pascuntur & oues. Ergo quæ fuerunt Petro occasio ruine, ea significabant quas occasiones viri Ecclesiastici ad suam ruinam habituri sunt: siue cum in Ecclesiam admittuntur: siue cum in ea admissi persistunt. Memores enim esse debent: quòd Oculis Christiani vnicum ostium, & vnicus ostiarius est Christus. qui aliunde, siue per amicos, siue per fœminas intrat fur est, quid mirum ergo si suspendatur? Memores item esse debent, quod Hebræi, qui speciali Dei ministerio dicabantur, Nazarei nominabantur, id est, segregati, & separati à communi populi vita: vt & nos vitam communem minimè viuamus.

Vbi Petrus Christum negauit: Christus Petrus respexit. Promeruit enim incredibilis illa Christi patiētia, qua fœuissimos illos Iudæorum iētus constantissimè sufferebat: vt fœdissimum Petri peccatum, Petrum non deuoraret: sicut Iudam deuorauerat. Plus ergo Petrus Christo patienti nūc debet: quàm olim eidem suam diuinitatem reuelanti debuerat. Reuelauit enim tunc Dominus Petro amico: nunc pepercit inimico. tunc Petrum in gratia viuentem, maiore gratia exornauit: nūc Petrum mortuum, vita donauit. tunc ex gratia in gratiam euexit: nunc ex inferno in suam amicitiam reuocauit. Debet multum Deo Ionas, per quem est à ceto in hunc aërem adductus. Debet multo amplius Christo Petrus: à quo est è faucibus diaboli, & è profundissimo inferni loco, in vitam cœlestem euocatus. ¶ Interim admirari libet Petrum: qui in Christum credit. Christum scilicet quem morti adiudicatum videt: quem pedibus Iudæorum calcatum sentit: quem alapis & collaphis cedi audit: quem con-

sputum, & saliuis obductum aspicit. ô miram Petri fidem! Non ego stupeo: quòd Petrus Christum filium Dei viui esse tunc fateatur, quādo eius gloriam Patre reuelante considerat. At stupeo quòd tunc Deum esse illum credat: quando verum eum esse, vix hominem: quando nouissimum virorum, & despectissimum, oculis conspiciatur. ¶ At si Petri fides admiratione dignissima est: multo magis admirationi esse debet in Christi oculis, (etiam sputis, & saliuis conspurcatis:) efficacissima, & potentissima virtus: quæ Petrum tam profundè iacentem erexit, quæ ex ruina, tam contractum solidauit. Meritò dictum in Apocalypsi est: Oculi eius tanquam flamma ignis. quos neque saliuæ Iudæorum extinguere: nec velum in oculos iniectum eos velare poterunt. Igitur ex oculis Christi vsque ad animum Petri lux & ignis defluerunt: quæ animum illum cæcum illustrarunt, mortuum excitarunt, gelidum inflammarunt, & liquarunt. atque ita liquidus prorumpens in lachrymas, nec eas continere valens, egressus foras flebat amarè.

CAPVT XXVII.
Mane autem factò consilium.



NEGARI, VT ARBITROR, non potest: quoniam Christus bis ductus fuerit ad conciliū, vbi principes Iudæorum conuenerant. Primò quidem noctu, vt Mathæus & Marcus dicere videtur. Vbi Christus planè fassus est, se Filium Dei esse. Secundò verò: vbi iā post noctem aurora inclarauerat, vt expressè Lucas asseuerat. Dicit enim Vt factus est dies, conuenerunt principes plebis, principes sacerdotum, & scribæ: & duxerunt illum ad concilium suum: dicentes. Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si dixerò vobis, non credetis: si interrogauero, (vt scilicet rationibus conuincam) non respondebitis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. &c. Dixerunt ei: Tu ergo es Filius Dei. Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi: Quid desideramus testimoniū: ipsi enim de ore eius audiimus. Hactenus Lucas. Dominus ergo bis in concilium adducitur: bis fatetur, se esse Filium illum Dei expectatum: venientem quidem tunc in humilitate: venturum olim in maiestate. Nihil ergo horrebat mortem: in quam se, bis confitendo coniecerat. Nihil nobis dubij in sua cōfessione relinquebat. In ore enim duorum, stabit omne verbum. Gratias ergo illi agamus immensas, qui bis se ad mortem damnari Iudæis, fatendo permisit.

¶ Dicit igitur Mathæus, quòd habito secundo consilio

Ioan. 18.

Ibidem.

Lucæ 22.

Mathæ. 26.

Sacerdos.

Philipp. 3.

Ioan. vlti.

Ioan. 10.

Numer. 6.

Mathæ. 26.

Iona 3.

Mathæ. 16.

Psal. 21.

Isa. 53.

Apocal. 1.

Cantic. 8.

Lucæ. 22.

Deuter. 17.

consilio, vbi Christus iterum confessus est, se esse Christum, (qua ratione iterum morti adiudicatus est:) Iudaei adduxerunt Dominum vincitum: tradideruntque Pilato praesidi. Tu vero intellige, traditum fuisse Christum Tiberio Caesari, cuius Pilatus erat praeses. at in Tiberio & Pilato, cum exercitu suo, totam gentilitatem considera. Vt ista consideratione perspicias, Christum non solum reprobatum a toto Iudaismo: sed etiam a tota Gentilitate, vt iam videas illud impleri: Lapis reprobatus ab edificantibus, factus est in caput anguli. Reprobatus Christus a Iudaismo, & paganismo, intelligitur a toto mundo reprobatus, vt verum illud sit. Si mundus vos odio habet, sci tote, quia me priorem vobis odio habuit. O mundi sensum! o mundi iudicium! Verum illud est, quod totus mundus in maligno positus sit.

Psalm. 117.

1. Ioanis. 5.

Videns Iudas Christum a Iudeorum concilio damnatum. (quod intellexit, videns eum, a Iudaeis ad Pilatum deduci,) *Poenitentia ducit* est. Quomodo enim non poeniteret videns vultum illum Christi adeo conspurcatum, foedatum, vulneratum? Quomodo non poeniteret, vix agnoscens vultum illum: a quo prius tanta bona susceperat? Et profecto ea est peccati conditio, & ingenium: vt peccatorem torqueat, excarnificet, dilanet. Sentiebat ergo Iudas peccati in mente sua carnificinam, & lanienam. Et forsitan considerabat, multo plus lucri sibi perisse, ex morte Christi, cuius ille loculos expilabat: quam ex Principum amicitia: a quibus triginta numos acceperat. O vero Iudas, si vt vidisti Christum damnatum, ad mortem temporalem: ita respiceret te Christus danatum ad mortem aeternam. forsitan sicut respiciens Petrum, eum ex inferno in caelum reuocauit: ita te respiciens, ex tam immani facinore, in suam gratiam reuocasset. Sed quid prodest peccanti Christum videre, nisi a Christo videatur? Nisi enim ille edificauerit domum frustra vigilat, & in vanum laborat, qui eam aedificare contendit. Quid enim Iudas omisit, (si rem humanitatis inspiciamus) quod ad poenitentiam peccati esset necessarium? Certè poenitentia ducitur, argenteos restituit: se peccasse profitetur, quid reliquum erat? At defuit ad Christum confugere, vt poenitentia quae erat ex humano dolore, fieret ex gratia diuina. Videns ergo Christum damnatum, poenitentia ductus, reuoluit triginta argenteos. Forsitan enim tunc erat opinio, quae nunc apud multos Iureconsultos, & apud omnes ferè Sumistas, vt verior iudicatur. Quod qui numos accipit, vt malum committat: obligatur numos illos restituere. Vt si iudex pretium accipiat, vt male iudicet, si lana pecuniam accipiat, vt virginem prostituat, si vir nequam mercede conducatur, vt aliquem occidat. Communis enim opinio est, hos omnes obligari, ad eius pretij restitutionem, quod pro scelere committendo receperunt. Quae videtur opinio S. Thomae. 2. 2. q. 32. artic. 7. & Syluestri verbo resti. 2. in prin. Ha-

dria. 4. de restit. quest. 19. Paludani. 4. di. 15. quest. 3. Ita enim leges iubere videntur. Vt l. illicitas, de offic. pres. ff. l. in heredem. de calumn. ff. & l. generaliter, de verbo. obligat. ff. At qui sententia haec non admodum omnibus probatur: & (vt arbitror,) licet sit consiliu huiusmodi male parata restituere, non tamen id est necessarium. Doctores enim citati restitutionem iubent fieri pauperibus: non vero ei qui peccuniam dedit. At multis recepta regula est: (licet ego eam nunc non asseuerem) quod cum restitutio pauperibus facienda praecipitur: tunc non est necessario facienda. Adde, quia nulla lex, aut canonica, aut civilis eam iubet restitutionem. Sed equidem non est huius loci ista disputatio. Iudas vero Dei consilio instigatus, ad principes populi rediit: quod suum facinus agnoscendo vituperaret: eosque ad facinoris poenitentiam permoueret. Projecit etiam argenteos illos, quorum amor ad tantum scelus eius animum pellexerat. Vt fecit Pontifex ille: qui eam sibi manum abscidit, quae ei occasio fuerat, vt in luxuriam laboretur. Fecit etiam monachus, qui simili causa virilia sibi amputauit. Neque mirum est quod argenteos in templum proiecerit, qui mox erat in infernum animam proiecturus. Tantum & contra numos, & contra se odium conceperat. Dum vero proiecit numos, dixit: PECCA VI tradens sanguinem iustum. Id quidem verissimum: Sanguis ille iustus erat, iustus quidem: quia vnitus infinitae iustitiae. Sanguis enim Christi assumptus est a Verbo eterno, qua ratione pretium valebat infinitum. & ea ratione genus humanum redimere potuit. Erat igitur sanguis iustus: quia infinitam iustitiam sibi habebat vnitam. Tum erat sanguis iustus: quia etiam Christus quatenus homo, erat quodammodo infinite iustus. Si enim gratia iustificans facit hominem coram Deo iustum, & gratia Christi erat (iuxta Diuum Thomam) infinita: ergo faciebat (quadam ratione) Christum infinite iustum. Non enim gratia Christo ad mensuram data est. Deum enim erat sanguis iustus, quia fuit causa totius iustitiae nostrae. Cum enim Sacramenta sint nostrae iustitiae fontes: & totum suum valorem, atque vigorem ex Christi sanguine ceperint: plane fit: vt sanguis Christi fuerit nostrae salutis ratio. Ideo Christus inquit, suum sanguinem effundi in remissionem peccatorum. Et Paulus: Sanguis Christi emundat conscientias nostras ab operibus mortuis. Et Ioannes: Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato. Et rursus: qui lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. O quem sanguinem tradidit Iudas! Non vero solum tradidit Iudas sanguinem, sed eum effudit, pollutum duxit, conculcauit. Qui enim causam damni dat, damnatum dedisse videtur. Ergo si Iudas causa fuit, vt sanguis ille pretiosissimus effunderetur, & pedibus impiorum conculcicaretur: ipse sanguinem fudit, & conculcauit. Iam audiamus: quid principes, & seniores Iudaei respondeant.

V. de auto
rem in su
mam Caiet.
Verbo: res
titutio.
c. 3. et 4.

Hiduo ma
le fuerit.

A. de ex
mitam.

D. Tho. 3.

parre. q. 7.

artic. 21.

Ioan. 3.

Math. 27.

Hebr. 9.

Ioanis. 1.

Apoal. 1.

Hebr. 10

Quid

Quid ad nos (inquiūt) *tu videas*: tu tibi cōsul-
le. ō miserimē Iuda, si vt cōsului-
sti Iudæos illos, nō pastores, sed lupos: nō Ange-
los, sed diabolos: nō homines, sed feras: ita viros
pbos consuluisses, qui Dei amorē, pximorū cha-
ritatem haberent, nec tu animā: nec Apostoli col-
legam, nec Christus discipulum amississent. Mul-
tum, heu multum refert, quē tibi in grauissimis
casibus consultorē deligas. Mali consultores Ro-
boā regno: Absalonem vita: Adam paradiso, pri-
uarunt. Cur non miser ad Apostolos, cur non ad
Sacerrimam virginem, cur non ad Christum cō-
fugisti? erat siquidem tibi eorum benignitas ma-
ximē cognita. Sed hęc fuit Iudæ infelix infelici-
tas. Cuius dolorem, cum Iudæorum verba tā sē-
uē exulcerassent, vim doloris non ferens, abiens
laqueo se suspendit. Ita vitam absolunt, qui do-
minis suis sunt infideles: quiq; sunt proditores.
malē Iudas vita functus est. malē Achitophel:
malē Ioab. Ita etiam vitam si non in hoc seculo,
certē in futuro Simoniaci sunt habituri suspēsam.
His enim & illis, Iudas est apertum exemplum.

Principes *sacerdotum acceptis argenteis, non
miserunt eos in corbonam: sed eme-
runt agrum figuli.* Vbi peregrini sepelirētur. Quod
non miserint. 30. argēteos in corbonam, sed Deo
redderent: mysterium est. Habetur enim in Exo-
do: Si bos cornupeta, seruū aut ancillam inua-
serit: dominus bouis: 30. siclos argēti domino ser-
ui, aut ancillę dabit. bos verō lapidibus obruetur.
Planē Iudas minister fuit Iudæorum in Christi in-
uasiōe: bosq; fuit, qui cornibus nequitie suę
Christum (seruum illum Dei, quem toties Deus
ipse iactauerat) inuasit. Inuadens verō Christum,
etiam eius inuasit Ecclesiam: quę Dei ancilla est.
Siquidem Christus, & Ecclesia vnum per gratiā
sunt. Si ergo bos ille Iudæorum, seruum ancillęq;
Dei inuasit: soluant Iudæi. 30. illos argenti siclos.
emētes ex illis agrum in cultum Dei: vt peregrini
sepeliantur. Hęc causa est, quare in corbonā,
seu thesaurum suū, argēteos illos non coniciūt.
¶ Rursum, quod emant agrum, in sepulturā pe-
regrinorum, aliud etiam mysterium est. Dicitur
enim in Genesi, quod cum Abraham, & Sara pe-
regrini essent in terra Chanaam, noluit Abraham
peregrinos suos in terra aliena sepelire: sed emit
agrum ab Ephron, in sepulturam peregrinorū:
Intelligens etiam futurum: vt tota illa terra a pe-
regrinis esset possidenda. Et quidem Ephron si-
gnificat puluerulentum: quales esse figuli solēt:
qui ex puluere aquę commisto, figulinum opus
exercent. Emit ergo Abraham agrum figuli, in
sepulturam peregrinorū: in signum, quod eorū
esset postea illa terra futura. Ita quidem Deus per
manus Iudæorum, emit agrum in Synagoga: in-
signum, quod Synagoga erat a Christianis, (verē
in mundo peregrinis) in posterum possidenda.
Vt igitur Abraham emēs agrum illum, cœpit in-
iustos possessores terra pellere & cœpit ipse cum
suis terram illam possidere: ita Deus empto agro

illo, cœpit Iudæos a cultu suo reicere: & Christia-
nos in illum recipere. At profectō Christiani, vt
aduenā sunt, & peregrini: ita sunt & sepulti. Ita
enim se in seculo habere debēt: ac si seculo essent
sepulti. Mortui enim sunt: & eorū vita, est abscon-
dita cum Christo in Deo. Vt igitur non fuit phas
Abrahę, defunctos suos in aliena terra sepelire:
ita nec phas nobis est, in terra non nostra sepeliri.
Terra nostra non sunt terrena sed cœlestia: nō se-
cularia, sed spiritualia: non mundana sed diuina.
Dicēte Domino: si in alieno infideles fuistis: quid
vestrum est, quis dabit vobis? Per illud, Vestrum,
spiritualia & diuina intelligens. Non ergo phas
nobis est in secularibus, sed in spiritualibus sepe-
liri. Iam enim hęc non sunt aliena, sed nostra: ne-
que enim immerito dicit: vocatus est ager ille
Acheldema, id est, ager sanguinis. quia videlicet
spiritualia, pretio sanguinis Christi sunt nobis
comparata. Vt enim illa sunt infinita: nō potue-
runt, nisi infiniti valoris pretio comparari. Et li-
cet forsā ager ille iam non dicatur ager sangui-
nis: at vsq; in æternum spiritualia, atque di-
uina dicentur Christi sanguine parta.

Tunc *impletum est dictum Ieremię, quid dixit. Ac
ceperunt. 30. argenteos: pretium appretiatu,
quem appretiauerunt a filiis Israël: & dederunt eos in
agrum figuli.* Vbi primum nota verbum illud ap-
pretiatu, non esse nominatiuū pluralem: sed esse
genitiuum singularem. vt sit sensus: acceperunt
30. argenteos in pretium Christi æstimati, seu ap-
pretiatu, quem filij Israël appretiauerunt. Id esse
certum, manifestē Gręca litera probat. Vbi non
tetimimenoī. appretiatu: sed tou tetimimenoū,
id est, illius appretiatu: scriptum est. ¶ Secundo
nota testimonium hoc, quod Mathæus dicit esse
Ieremię, apertius haberi in Zacharia: occultius
verō in Ieremię, quem Zacharias clarius expli-
cauit. Ita habetur in Ieremię: Intellexi, quod ver-
bum Domini esset. & emi agrum, ab Hanameel fi-
lio patris mei, qui est in Anathot: & appendi ei
argentum septem stateres, & decem argenteos: &
scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes. & cæt.
In quibus verbis persuasi mihi, quod septem sta-
teres, cum decem argenteis, erat valor 30. argen-
teorum. Volunt enim docti, decē illos argenteos
apud Ieremię, valuisse dimidium sicli, seu state-
ris. Erant igitur septem stateres & dimidius, qui
faciunt 15. dimidios siclos. hi verō faciūt 30. quar-
tas sicli. id est 30. argenteos. Quod (vt facilius cre-
das) hinc ordiamur. Didrachmum, seu didrach-
ma, quę sunt duę drachmę, (teste Nicolao Ze-
gero,) dimidium stateris continet. Igitur stater
quatuor drachmas continebat. fit ergo vt septem
stateres cum dimidio essent 30. drachmę. qua-
rum valor (vt ibidem ille ait,) est 30. aureorum
Colonensium. Collegi ergo aperte eosdem esse
septem stateres, & dimidium (quibus Ieremię
agrum emit:) & triginta argenteos, quibus Pha-
risęi agrum emerunt.

¶ Tertiō nota: quod ager ille Hanamael, emptus
est.

1. Petri 2.
Romani. 6.
Coloss. 3.

Luc. 16.

Zach. 11.

Ierem. 32.

falleris. M.
scis ex coll.
22. uias.
Vatablus de 70.
Super 32. 60.
Ierem.
munitis.
antiquorum.

Super cap.
17. Mathę
ex Iose-
pho li An-
tiqui acce-
pit. dicit.
Siclus. 4.
drachmas.
Actas vsq;
let.

2. Regū. 16.
3. Regū. 2.

Exod. 21.

Isaia. 41.
Isaia. 42.
Iuan. 27.

Genes. 29.

est à Jeremia. in signum quod Hebræi citò erant peregrinaturi, (Chaldæis scilicet occupantibus Iudæa:) sed licet peregrini futuri essent, at postea erant in terram suam reducendi, & Jeremias esset agrum suum possessurus. Et quia tempore illo, quisque in agro suo sepeliebatur, vt Ioseph Arimathæus testis est: fit manifestè vt redeuntibus peregrinis in agrum suum, ager ille esset sepultura peregrinorum. ¶ *Ex* Jeremia collegimus tria: primum, emptionem agri. Secundum: pretiũ eius fuisse triginta argenteos. Tertium, illum agrum futurum sepulturam peregrinorum. Et hæc omnia, inquit Jeremias, intellexi esse à Dño constituta. Dicit enim. intellexi quod verbũ, seu constitutum & decretum Domini esset. Habes igitur quam verè Mathæus dixerit, impletũ est, quod dictum fuit per Jeremiam.

Iesus *autem stetit ante præsidem.* Duo, (vt ego existimo,) nobis Christus hoc loco promeruit. Alterum, vt cum steterimus coram præsidibus, & regibus, animũ nõ despondeamus: etiã si totum mundum, imo & totum infernum, insurgere contra nos videamus. Aliõqui quomodo Agnes, Agatha, Lucia, tam horrendis tormentorum monstris conspectis, non defecissent: nisi Dñs ne deficerent, illis promerisset? Alterũ, vt cum steterimus coram Cõfessore, nostra peccata confitentes, in illo diuino iudicio absolvamur, & dimittamur in noxii: qui cum tot noxis accesseramus. Promeruit enim innocens, qui sine noxia, in illo hominum iudicio, damnatus est: vt nos nocetes in Cõfessoris (imo diuino iudicio,) noxæ eximeremur. Vnde & tertium colligitur. Videlicet, promeruit Christus: vt in diuino examine, contritus, licet non confessus, si fidem Christi habuerit, & cõfessionem (cuius copiam non habet) optauerit, à pœna peccatis debita exoluatur. ¶ Præses interrogauit Christum, an esset rex Iudæorum. Cui Dominus respondit: Tu dicis. Erat enim Christus quatenus Deus, rex cœli & terræ. Cuius regnum, erat regnum omnium seculorũ. Tum quatenus homo, rex erat spiritualis omnium hominũ. Iuxta illud: Ego autem cõstitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Tum demum quatenus homo erat rex temporalis, id est, habes imperiũ, sicut habuit Iulius, aut Octavianus Cæsar. Dictũ enim erat: Tu es sacerdos, secundum ordinẽ Melchisedec. At Melchisedec non solum erat pontifex in spiritualibus: sed erat rex in temporalib⁹. Testante Paulo: quod Melchisedec erat rex Salem: & Sacerdos Dei summi. Igitur & Christus, q̄ erat Põtifex, (vt fuerat Melchisedec) debuit esse rex temporalis, & pontifex. Non tamen assero Christum iure hæreditario, ex Maria eius matre regnum accepisse. assero tamẽ ex dono Patris sui illud regnum habuisse. Pater enim omne iudiciũ (vbi & temporale clauditur iudiciũ) dedit filio, etiam quatenus homo. Dedit enim ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis. est. Cum igitur

tur Christus non esset Pilato vlla ratione subiectus, non obligabatur ei apertè loqui. Poterat. n. tacere, aut obscurè respondere. quod non licuisset, si Christus Pilato subditus esset. Subditus. n. in iudicio, iuxta intentionem superioris, debet verba proferre. At Christus, cum secundo à Pilato interrogatur, his verbis. Non audis, quãta aduersum te dicunt testimonia: nihil ille respõdet: ita vt miraretur præses vehementer. ¶ Causæ vero admirationis multæ erant. Videbat Pilatus Christum miraculis clarum. prædicatione celeberrimum. in responsis prudentissimum. Hæc. n. fama constans prædicabat. Tum ostendebat se illi fauentem, atque benignum: cupientemq̄: quacumq̄, posset ratione eum à morte liberare. Tum videbat, quòd si Christus vellet obiecta diluere crimina, facilè se à morte liberaret. Cũ igitur videret omnino tacentem, intelligebat eum libenter velle mori. & ideò nihil respondere, ne à morte diuelleretur. An non erat hoc causa vehementis admirationis: hominem tam celebrem, tanto pere mortis cupidum? Et equidem illa admiratio præfagium erat eius admirationis, & gratiarum actionis: quas quiuis nostrũ Domino redemptori debet: qđ tacere voluerit ne non moreretur. *Per diem verò solennẽ solebat Pilatus vnũ dimittere vincitũ quem populus optasset.* Et ego equidẽ arbitror, hunc Deo esse morem: vt diebus solennissimis, aliquem insignem vincitum dimittat. Hisce enim diebus maximè cõuenit: viscera eua misericordiae suæ, in nos largius effundere: quibus nos et efficaciam obsequij nostri maximè exhibemus. Ideò enim ille sabbatha, & reliqua festa instituit: vt culturis nostris, ad beneficentiã prouocaretur. ¶ Et equidem Christus pietatis suæ opera, in sabbatis, & aliis festis, maximè exequabatur. Ideò enim Iudæi dicebant. Non est hic homo à Deo, quia sabbatum violat. Et planè mortẽ suam in festum paschẽ referuauit. Spiritus sancti missionem in diem Pentecostes distulit. Et infirmum illum, (quẽ infirmitas annis 38. vincitum in grabato tenebat,) in die festo Christus liberũ dimisit. Qui igitur se longo iam tempore vinculis peccatorum vincitum conspicit: diebus maximè festis liberationem à Domino certius speret. ¶ Quo circa diebus etiam festis, nos fratrum nostrorum liberationi inuigilare conueniebat. vt si quem haberemus debitorem, certè si soluere ille non posset, eum liberum dimitteremus. Si enim ieiunium quod elegit Dominus id potissimum est: si dissoluamus colligationes impietatis: si soluamus fasciculos deprimetes: si dimittamus eos qui contracti sunt liberos: si omne onus disrumparamus: an non etiam hoc erit potissimum festũ, quod celebrare nos ille iubet? Nõ quod festa nõ sint, sicut Ecclesia iubet celebranda: sed quod tũc optimè celebrentur, quando fratribus liberatis celebrari contingat. Sicut & tunc nostra ieiunia maximè placet, cum ita ieiunamus. Et profectò ieiunia Christianis festa sunt. ¶ Quod si diebus festis

Marci. 19.

Ierem. 31.

Psalm. 2

Psalm. 109

Hebræ. 7.

Ioannis. 5.

Ibidem.

Vide eximiam de incarnatione
contra. 41 50to, et sedes m. 50.

de obsequio
nationes
forum

Ioannis. 2.

Actor. 2.

Ioannis. 4.

Isaia. 14.

festis fratres oneribus pressos liberare decet: quanto potius eisdem festis, animas nostras pōdere peccatorum vincās, grauatas, & in infernum prouentēs liberare conueniet? Annitendum nobis totis viribus esset: vt vincētum animum nostrum diebus solēnibus liberum dimitteremus: ne nobis diceret Dominus, neomenias vestras, & sabbata vestra odiuit anima mea. Par enim est, vt odiat Deus hominem, qui corpore festum Deo peragit, animo verò, non Deo, sed diabolo. ¶ An verò nunc conueniret celebrioribus festis, Regem, vincētum aliquem liberare, non est facile decernere. Vt enim non conueniret grassatorem, piratam, inueteratum latronem, & reliquas Reipublicę pestes à morte seruare: id enim esset fasces, quibus Respub. periret accendere: ita videbatur pium, eos qui casu aliquo aut carnis fragilitate, in peccata ceciderunt, libertate donare. Id enim esset, & humane infirmitati non nihil donare: & diei festi celebriorem rationem habere.

Habebat *tunc Pilatus vnum vincētum insignē, qui dicebatur Barrabbas* Erat Barrabbas latro, homicida, nequā inignis. Iudicio meo mysterium hoc fuit: vt quo tempore Christus iudicabatur, tā insignis in nequitia vir vincētus seruaretur. Et mysteriū à Spiritu sancto perfectum existimo, quod populus id ignorās: morte Christi, liberari Barrabbam efflagitaret. Barrabbas enim genus hominum significabat, latrocinijs, homicidijs, & omnibus peccatis insignissimum: vt minimum enim genus nostrum latro est: cum gloriam Deo debitam idolis exhibet. Homicida est: cum animam propriam, vita quæ Deus est, priuat. seditiosum est: cum dissensiones inter Deum, angelos, elementa, ex vna parte: & homines ex altera excitat. Igitur sicut Cayphas spiritu Dei instigante dicit. Expediit, vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat: ita & plebs Iudeorum eodem spiritu instigante petit: vt vnus Christus crucifigatur, quo genus nostrum, in Barrabba significatū à morte eterna liberetur. Et equidem Barrabbas filiū patris significat: quod aperte genus humanum filium Ade designat. Erat verò, vincētus ille tempore mortis Christi, & occidendus, nisi eius vita Christi morte cōmutetur. Moritur ergo Christus, ne pereat Barrabbas. Vt igitur Christo vitam Barrabbas debuit: ita nos Christo vitā maximè debemus.

Sedente *autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius dicens: Nihil tibi & iusto illi, multa enim passa sum hodie per visum propter eum.* Primum hinc nota confessionem femine: quod Pilatus nihil cum Christo haberet. Itaq; principes & iudices, vt plurimum nihil habent cum Christo. Totos. n. eos sibi vendicat mūdus: atq; ideo potētes potenter tormēta patientur. Et itē: Iudicium durissimum his qui præsunt fiet. Secundum nota: Vxores principum eos maximè

prouocare: vt nihil cum Christo habeant: frequēter. n. heret, vt iudex equus esset, nisi vxore pelliciente corrumperetur. Nam & Herodes Baptistam seruasset, nisi ab Herodiade in sequitiam reuocatus fuisset. Et Achab Iezabele instigante peruertebatur. Quid enim non peruertat vxor iniqua, si Adamum peruertere potuit Heua, nō dum adeo iniqua? Tertium. Rogat vxor Pilati virum suum, ne quicquam cum Christo habeat. At o miseriam principum, si Christum nihil curent, si Christum nihil cogitent, si nihil Christū coluerint. Tota enim eorum & nostrum vita est, si aliquid habeamus in Christo: imo si toti illius simus: sitq; totus ille noster. ¶ Tentare libet an hæc Pilati vxor aliquid nobis portēdat. Et profectō, vt Pontifex est Ecclesię vir: ita & Respublica est regis, seu principis quodāmodo vxor. Prospicit enim & Pontifex & Princeps Reipublicę cōmodis. Cum ergo Pilatus vicem Principis gentium gereret, fit vt Gentilitatem Pilati vxor representaret. Quod ergo vxor Pilati eum admonet, ne cum Christo negocium gereret: significabat futurum: vt Gentilitas Principēs suos esset admonitura, ne Christo, aut Christianis negocium facerent. Memorie. n. historiæ produnt. sepissime plebes, suos admonuisse tyrānos, ne in gentem Christianā tam crudeliter ferocirent. Idq; faciebāt: quia multa propter Christum per visum patiebantur. Videbant enim per visum tot miracula: tot signa: tot prodigia. Nōnunquā etiam patiebantur calamitates, quia Christi cultores persequebantur. Hæc illos prouocabāt, vt à Christianorū persecutione cessarēt: suosq; principes, vt etiam ipsi cessarent precibus cōmonerent.

Principes *autem sacerdotum & seniores. persuaserunt populis: vt peterent Barrabbam, Iesum vero perderent.* Persuasum habebant principes illi, Iesum legem adducere nouam: qua legem esset antiquā aboliturus. Idcirco pro lege pugnant, & certant: ne deleatur. At falluntur, quanto enim tempore vixerit Christus, viuet lex vestra Iudei. Quo puncto animā halauerit, eo puncto lex vestra vigorem amittet. ¶ Interim mirari libet, quod tā fuerit facile principibus, populū ad tātū facinus prouocare. Sciebat populus Christum beneficentissimum: eius enim beneficia quotidie receperat. sciebat sapientissimum. eius enim doctrinam quotidie suspensus audiebat. sciebat diuinum: eius enim miracula continenter attonitus spectabat. Vnde igitur tam facile virum tantum ad crucem exposcit? Profectō argumentum est. Christum non esse de terra, sed de cælo: non de mundo, sed de Deo. Si enim de mūdo fuisset, mundus quod suū erat diligeret: nunc autem, quia non est de mundo, mūdus eum odio habet. Nunc autem inquit Dñs: viderūt, & oderūt & me, & Patrē meū. Hæc verò causa est, quod Christus in propria venerit, & sui eū non receperint. Si verò alius, (inquit ipse)

Aa Venerit,

Isaiz. I.

Ioannis. II.

Sapient. 6.
Ibidem.

Sunt Prin
cipes vxorū
Marci 6.

3. Reg. 18.
Genes. 3.

Ioanis. 13.

Eodem.

Ioanis. 1.

Ioannis. 5. venerit, in nomine suo, eum recipient. Videlicet quia facile est mundo mundum recipere: & facile est mundo cælum, Deumq; ipsum reijcere. Petit ergo mundus, vt Christus crucifigatur.

¶ Tunc Pilatus, Quid enim mali fecit? Hac vna ratione omnes infideles, omnesq; impios Christus in iudicio dānabit: dicēs. quid mali feci? quid inuenistis in me, in doctrina mea, in lege mea, cuius causa recederetis à me? quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quod longè recesserint à me? Id verò etiam est, quod Christus dicit: Quis ex vobis arguet me de peccato? & si veritatem dico vobis, quare non creditis?

¶ At populus non ratione ducitur, sed impetu. Et quanto eos vehementius ratio vrget, tanto vehementius à ratione resiliunt: idcirco cœpit populus tumultuari. ¶ Tunc Pilatus lauat manus, & dicit, Innocēs ego sum. Ergo iustitia & innocentia hypocritica Christum crucifigit. Principes fucatum Dei zelum obtendunt in innocentis occisione. Pilatus in eādē, innocentiam preterit. Periculum ergo totum ab hypocrisis est. Nihil facinorosius iniustitia, sub larua iustitiæ. Nocētissime Pilate, quomodo innocēs es, si innocentem non probatum nocentem, vt nocētissimum dānas? num, quia lauasti aqua manus tuas, ideò non manus tuæ plenæ sanguine sunt? Sed hæc est mundi innocentia non interior, sed exterior: non animi, sed verborum.

Respondens *vniversus populus dixit. Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Scriptum est, Mosen, Dei cū Iudeis sedus fecisse: sanguinē fundendo: tum super altare, tum super Iudeos. Vt (quia in sanguine anima est) fusus sanguis super Deum (cuius vicem altare gerebat) idēq; fusus super populum, mysterium designaret, quod eadem anima, eadēq; voluntas in Deo esset & populo. Atq; ideò pacē, pactum, & omnia bona inter Deum esse & populum. At non ita sanguis Christi erit super Iudeos: vt fœdus inter Deum, & ipsos sanguis ille componat. Sed potius sanguis erit super illos: vt requiratur ab illis. Et equidem eam maledictionem semper impleri videmus. Nulla enim natio est toti orbi adeò exosa, vt Iudæa. Ita vt etiam qui ex Iudæis ad Christianitatē conuertuntur, odium cum genere secum adducant.

¶ Et nisi ego fallor, hæc est differentia inter Iudeos, & alios infideles. Quod alij infideles q nihil de Christo audierunt, nullam suæ infidelitatis sint pœnam daturi. Dicēte D. Thomæ: infidelitatem in his, non culpæ, sed pœnæ habere rationē. Porro cum nullus sit Iudæus, qui de Christo nō audierit, (continēter enim Rabinos de Messia, quem expectant: & de Christo, quem reiecerunt mentionem habere credo) fiet necessariò, vt hæc in illis infidelitas magnæ culpæ induat rationē: cuius in inferno sint magnas pœnas exoluturi. Vt verè nullus sit Iudæus, à quo in inferno Christi sanguis non exquiratur. Id est, qui pro infide-

litate contra Christum, non acerrimè puniatur. ¶ Forsan hæc publica reiectio, quā populus Christum cōmuni omnium consensu reiecit, significata fuerat, in ea reiectio, qua decē tribus & dimidia genus Davidicum abiecit: Iereboam (id est contentione populi) in regem assumpto. Principes siquidem illarum tribuum indulgentiorem vitam à Roboam non assequuti, facile populo persuaferunt: vt nihil cōmunionis cū Dauide cognoscerent. Atq; ita facile totus populus à Dauide, à lege, à Deo ipso abductus, ad idola colenda præcepit defluxit. Et sanè Barrabbas à Populo delectus seditiosus erat: vt Ieroboā seditionem in populo significabat.

Iesum *Flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.* Meminit Cælius li. 10. antiquarum lectionum. c. 5. fustuariam castigationem, Romanis huiusmodi fuisse. Si quis dānatus erat: accepto fuste, Tribunus vix tantum attingebat dānatum: quod vbi factum erat, omnes qui in castris inueniebantur, cœdentes fustibus damnatum cōficiabant. Infra eodem cap. refert, fustibus liberū cœdi, flagellis seruum. Ex qua antiquitate facile colligimus, Christum iam damnatum ad crucem, à cohortis tribuno prius fuisse percussum: post quā percussione omnes qui in castris erāt, Christum tantum non confecisse. Nisi quod Christum non vt liberum fustibus tantum, seu arundine: sed vt seruum flagellis vulnerauerūt. ¶ Porro grauis. Autoribus tradentibus accepimus: Dominum vīq; ad lassitudinem ministrorum, primum virgis spineis flagellatum: secundò: chordis, in quarum extremis erāt pūcta ferrea, Christi carnem laceratā: tertio: catenis, quarum extrema erant adunca, particulas carnis secum abducentia.

Tūc milites præsidis suscipiē.

ET si omnis Christi actio, omnia verba, totaq; vita, summa sint à nobis attentione consideranda, summa charitate diligenda, summis laudibus, præconijs, & clamoribus efferenda: hæc tamen sacra de Christi excessu historia, id sibi maxime vendicat, Neq; enim immeritò simbrijs Pontificis summi erant malo granata, & tintinabula fixa. Significabāt scilicet, malo granata charitatē: & tintinabula laudes: quibus Christi veri Pontificis simbrijs, id est, finis, erant prosequēda. Quocirca veniam merebor, si clarius non nihil hæc tintinabula sonare fecero: dicā tñ breuiter: quantum licuerit. Rem verò per capita digeram quo, & legētibus auferatur tedium, & historiæ maior lux inferatur.

CAPVT. I.

Milites illudunt Christo.

